Elter



# De gnomologiorum graecorum historia.

pt.6

# INDEX SCHOLARVM

QVAE

SVMMIS AVSPICIIS

# G V I L E L M I II

## IMPERATORIS REGIS AVGVSTISSIMI

IN VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA

PER MENSES AESTIVOS A. MDCCCXCIV

A DIE XVI M. APRILIS

PVBLICE PRIVATIMQVE HABEBVNTVR

---

*Inest*
*de Gnomologiorum Graecorum historia atque origine*
*commentatio ab Antonio Elter scripta*
*part. VI*
*(de Iustini monarchia et Aristobulo Iudaeo II)*

---

BONNAE
EX CAROLI GEORGI TYPOGRAPHEO ACADEMICO

# RECTOR ET SENATVS

## VNIVERSITATIS FRIDERICIAE GVILELMIAE RHENANAE

## CIVIBVS

## S.

singularem carminis Orphici historiam explicare et quomodo per falsariorum malam industriam res paullatim concreverit tam certo demonstrare licuit, ut in fine varias quae deinceps fuerunt vicissitudines (adiectis etiam levioribus quibusdam quae restabant) ordine digestas quasi uno obtutu comprehendere libeat. atque

1. primus est qui carmen condidit 'monarchiae' quae Iustini nomine fertur auctor cuius sententiam explanavimus s. p. 174/5. in codicibus periit initium v. 1-2 (s. p. 157); v. 16 Δία τὸν abiit in τὸν διὰ in cod. C, τὸν ἀεὶ coni. cod. F; v. 8 ἑνὸς ἔργον ἅπαντα temere F; v. 10 πάντ' ἑορᾶται F

2. idem carmen adhibuit Theophilus, sed non perscripsit

3. integrum deinde exhibuit scriptor cohortationis quae eiusdem Iustini nomine fertur. v. 16 codd. optimi τὸν διὰ (cf. mon.), Δία τὸν recte dett. DG; v. 1-2 βέβηλοι πᾶσιν G, βεβήλοις πᾶσιν D (cf. s. p. 165 i. p. 183); v. 8 εἷς δ' DG (cf. Cyr.); v. 17 ἐς οὐρανὸν pro ἐπ' οὐρ. codd. exc. C (cf. Cyr.). cohortationem monarchia recentiorem esse vix est quod moneam (cf. i.)

4. initium et ultimos versus ex cohortatione excerpsit Cyrillus. v. 6 legisse videtur εὖ δ' ut seqq. omnes; v. 17 cum coh. ἐς pro ἐπ'; v. 8 εἷς δ' cum coh. DG; v. 18 γαίῃ δ' ἔπι (pro γαίης δ' ἔ. cf. Clem. 725); v. 19 ἐπὶ τέρματα ὠκεανοῖο (hiatu)

5. Clemens in protreptico Iustinum sequitur. inde ab hoc accessit v. $7^1$ ἀθάνατον (s. p. 165), item v. 9 περινίσσεται (pro περιγίνεται s. p. 166). primam partem attulit (v. 1-10 cf. Cyr.) cf. s. p. 157

$6^1$. ex Iustino Clemens sumpsit eclogam str. 5, 725 mutato tamen ordine verborum ut duos versus expleret (v. 18 ex. post v. 20 in.); v. 18 γαίῃ δ' ἔπι (cf. Cyr.); v. 19 χεῖρα δὲ ac proinde omnes

$6^2$. item ex Iustino Clemens str. 5, 725 (paullo ante), sed v. 11 αὐτὸς δ' (cf. v. 9 sqq.) et φυτεύει (pro δίδωσι)

$6^3$. item Clemens str. 5, 728, sed v. 13 μεγάλου βασιλῆος (pro μεγάλοιο ἄνακτος cf. s. p. 175)

6 igitur ex peculiari carminis antiqui recensione derivata sunt (a n. 5 ut videtur paullulum diversa), cf. s. p. 157. 158

7. carmen primus retractavit et ampliavit 'Hecataeus' in libro de Abrahamo deperdito (s. p. 159). eius lectionem reddit in altera parte (v. 14 sqq.) Clemens cum theosopho, in priore (paucis exceptis) theosophus (cf. s. p. 173)

$7^1$. Clemens cum antiqua forma alteram ipse coniungit str. 5, 692: v. 8 τέτυκται (= antiq.) ἢ πέφυκεν, γράφεται γὰρ καὶ οὕτως (s. p. 158), eamque ab 'Hecataeo' auctam v. $15^1$ (= theos.) μικραί, ἐπεὶ σάρκες τε καὶ ὀστέα ἐμπεφύασιν (s. p. 168 sq.)

$7^2$. 'Hecataeus' porro Clementis str. 5, 723 (et theosophi) locum addit de Abrahamo v. $16^{2-8}$ οὐ γάρ κέν τις ἴδοι . . εἰ μὴ μουνογενής τις . . Χαλδαίων· ἴδρις γὰρ ἔην ἄστρων τε πορείης καὶ σφαίρης κτλ. (cf. s. p. 159 sq. 170)

divinae deinde maiestatis imaginem reformat v. 17 sqq. (s. p. 162 sq.): v. 17 αὐτὸς δὴ (pro οὗτος γὰρ) μέγαν αὖθις (pro χάλκειον) ἐπ' οὐρανὸν ἐστήρικται, v. 18 γαίῃ δ' ὑπὸ (pro γαίης δ' ἔπι) ποσσὶ βέβηκε (diff. Clem. 725 cf. p. 175), v. 19 ἐπὶ τέρμασιν ὠκ. (plurali cf. Cyr., diff. Clem. 725), v. 20 ὀρέων δὲ τρέμει βάσις αὐτὸν | ἐν θυμῷ κτλ. (pro περὶ γὰρ τρέμει οὔρεα μακρὰ | καὶ ποταμοὶ s. p. 169)

eandem persequitur v. $21^{1-3}$ οὐδὲ φέρειν δύναται κτλ., αὐτὸς ἐπουράνιος καὶ ἐπὶ χθονὶ . . ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων καὶ μέσσην ἠδὲ τελευτήν

tum veram hanc de deo sententiam et palinodiam prooemii sollemniter confirmat v. $21^{6-7}$ ἄλλως οὐ θεμιτὸν δὲ λέγειν . . ἐν νόῳ, ἐξ ὑπάτου κραίνει κτλ. (s. p. 164 cf. v. 3 sq. ἐξερέω γὰρ ἀληθέα, μηδέ σε τὰ πρὶν | ἐν στήθεσσι φανέντα κτλ.) et epilogum addit exordio etiam magis conformatum (s. p. 164) v. $21^{8-9}$ ὦ τέκνον, σὺ δὲ σοῖσι νόοις κτλ. (cf. v. 2 σὺ δ' ἄκουε κτλ.) μηδ' ἀπόδος κτλ. (cf. v. 1 φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστὶ κτλ.)

in his 'Hecataei' additamenta a Clemente omissa aut lectiones a Clemente minus religiose servatae (cf. i.) per theosophum facile agnoscuntur

$7^3$. idem 'Hecataeus' (theosophi) in priore parte addidit v. $1^1$ φεύγοντες δικαίων θεσμοὺς θεῖόν τε νόημα (s. p. 165 et ut vid. v. 2 ἔγγονε pro ἔκγονε s. p. 166, fortasse etiam v. 7 κόσμοιο τυπωτὴν pro κ. ἄνακτα cf. i. n. 10)

invertit v. 11. $11^1$. 12 sententiam de deo malorum auctore (s. p. 166)

deinde (s. p. 167 sq.) v. 9/10 (οὐδέ τις αὐτὸν | εἰσοράᾳ θνητῶν, αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται) ita restrinxit v. 13 sqq. οὐδεὶς ἔσθ' ἕτερος, τῷ κεν ῥέα πάντ' ἐσορῆται (cf. s. αὐτὸς δέ γε π. ὁ.)· οὔ κεν ἴδῃς αὐτόν (cf. s. οὐδέ τις αὐτὸν εἰσ.

θν.), πρὶν δή ποτε δεῦρ' ἐπὶ γαῖαν venturi indicia filio monstraverit; ἴχνια καὶ χεῖρα στιβαρήν, nam v. 14 αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόω quoniam θνηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις et ut ipse explicat v. $15^1$ σάρκες τε καὶ ὀστέα ἐμπεφύασιν: vaticinium de deo in terram venturo imposuit idem 'Hecataeus' qui subinde v. $16^2$ sqq. intulit versus de Abrahamo. nimirum cum apud Iustinum fuerit οὐδέ τις αὐτὸν εἰσοράᾳ θνητῶν homo Christianus excipit et eos qui Christum visuri sint et Abrahamum qui solus deum oculis viderit. idem igitur interpolator prioris partis (apud theosophum et inde a v. 14 apud theosophum ac Clementem p. 692) et posterioris (apud theosophum et Clementem p. 723).

'Hecataeus' carminis antiqui recensione usus est n. 1-5 (i. e. mon. Theoph. coh. Cyr. Clem. protr.) magis quam n. 6 simili ut lectionibus comprobatur (v. 19 δὲ = n. $6^1$). 'palinodiam' Orphicam ut est apud n. 1-5 et ipse servavit (cf. s. de v. $21^{6-7}$) adiunctis tamen cum aliis tum versibus de Abrahamo: utrumque sat accurate etiam theosophiae inscriptione declaratur (s. p. 153). v. $15^1$ respexit ut videtur Iustini fragmentum Aeschyleum (cf. s. p. 168 ex.), Sophoclis eclogam certe exhibuit (cf. s. p. 159), eundem autem delectum sequitur cum cohortatione Cyrillus. quibus rebus demonstratur 'Hecataeum' redire ad eundem fontem cum cohortatione (et Clementis protreptico) eumque ex ipsa Iustini monarchia derivatum. — singulis 'Hecataei' interpolationibus nexus carminis turbatur, tamen interpolatoris indoles sententia verba (cf. θνητῶν v. 10. 15. $16^2$ al. cf. p. 176) sibi constant

8. Clemens, qui adhibuit carmen non interpolatum (n. 5) eiusdemque alteram recensionem paullo variatam (n. 6), semel 'Hecataeum' (cf. s. p. 174) quem integrum affert (n. $7^2$) et cum antiquo contaminatum (n. $7^1$), et in omnibus interpretamenta biblica admiscuit ab ipso inventa (s. p. 157. 161 sq. 174. 175) — 'Hecataeum' tamen non ita descripsit ut decuit: nonnulla leviter omisit, v. 16 (s. p. 168). $16^2$ (s. p. 152). $16^8$ (s. p. 170). $21^7$ ex. sqq. (s. p. 152, 6), etiam in singulis peccavit aut mutavit aut

$8^1$. Hecataeum quendam 'minorem' secutus est: v. 8 αὐτοτελής (αὐτογενής antiq. theos. s. p. 166), v. $16^4$ ἄστροιο πορείης | καὶ σφαίρης κίνημ' ἀμφὶ χθόνα ὡς περιτέλλει | κυκλοτερὲς ἐν ἴσῳ τε κτλ. (hiatu et productione ac mutata structura; ἄστρων τε π. κ. σφ. ἤτ' ἀμφὶς ὀχῆος ἀεὶ π. κυκλοτερὴς ἴση τε κτλ. theos. s. p. 170), v. 20/1 (del. πάντοθεν [cf. Clem. 725] et πολιῆς τε βάθος χαροποῖο θαλάσσης) ὀρέων δὲ τρέμει βάσις ἔνδοθι θυμῷ (ὀ. δὲ τ. β. αὐτὸν ἐν θυμῷ theos. pro περὶ γὰρ τρέμει οὔρεα μακρὰ καὶ ποταμοὶ ant. s. p. 169), quae lectoris alicuius et ab 'Hecataeo' et ab 'Aristobulo' diversi esse dixi s. p. 173 cf. p. 176. — corruptela Clemente et theosopho vetustior v. $16^7$ πνεύματι (pro πνεύματα s. p. 161. 170)

$8^2$. ipsius Clementis esse videntur v. 17 αὐτὸς δ' αὖ (propter nexum; αὐτὸς δὴ Hec. Arist. pro οὗτος γὰρ ant. s. p. 158), v. 19 περὶ τ. (ἐπὶ τ. rell.), v. $21^6$ σε λέγειν (pro δὲ λ.); v. $21^3$ τελείων corrupte (pro τελευτήν cf. v. $21^6$ τελίην theos.)

$8^3$. accedunt corruptelae codicis L (integro Eusebio aut Theodoreto) v. $16^5$ κινήματ' et ἀμφὶ χθόνα θ' ὡς (propter hiatum), v. 18 τε (pro δ'), v. 20 ἔνδοθι θυμοῦ (s. p. 169)

9. eiusdem Clementis tempore inter varias interpretationes v. $16^3$ sqq. εἰ μὴ μουνογενής τις ἀπορρὼξ φύλου ἄνωθεν Χαλδαίων (cf. s. p. 160 et str. 5 p. 648 s. p. 161 ὡς ἐξηγοῦνταί τινες) subnascitur interpretatio Mosaica collato Philonis vi. Mos. in. (cf. str. 1 p. 411 s. p. 161), eaque ab initio coniuncta cum nomine Aristobuli (cf. Clem. str. 1 p. 410 sq. quode infra agetur)

10. 'Aristobulus' (etsi Aristobuli Peripatetici nomen iam ante Aristobulum Eusebianum eum qui primus v. $16^2$ sqq. ad Mosen rettulit induisse ex solo Clemente collegimus n. 9 cf. s. p. 172) carmen ab Hecataeo interpolatum retractavit et ad legem Mosaicam redegit. atque Hecataei recensionem adhibuit non antiquam (n. 7), sed depravatam Clementis (sive Hecataei minoris n. $8^1$) cf. v. 8 αὐτοτελής, v. $16^4$ ἄστροιο πορείης κτλ., v. 20 ἔνδοθι θυμῷ (om. v. 21). is igitur ante v. $16^2$ infarsit versum stolida simplicitate conspicuum $16^1$ λοιπὸν ἐμοὶ καὶ πᾶσι δεκάπτυχον ἀνθρώποισιν quo rem etsi decalogo nihil cum astrologia (s. p. 159 sqq.) expressis verbis ab Abrahamo in Mosen converteret (s. p. 160 sq. cf. p. 168. 171) et contra totius carminis sententiam (εἷς θεὸς ἀόρατος ὁρῶν μόνος αὐτὸς ἅπαντα) Orpheus decalogum sibi et omnibus hominibus unum veritatis fontem relictum esse declararet; idem Platonis ecloga abusus (cf. coh. 25 s. p. 163 sq.) intrusit v. $21^{4-5}$ ὡς λόγος ἀρχαίων, ὡς ὑλογενὴς (cf. v. $16^3$ μουνογενής s. p. 163) διέταξεν | ἐκ θεόθεν γνώμην τε λαβὼν καὶ δίπλακα θεσμόν quibus v. $21^6$ ἄλλως οὐ θεμιτὸν δὲ λέγειν κτλ. simul ita deflexit (s. p. 164 sq.) ut extra legem Mosaicam veritas non esse diceretur (cf. v. $16^1$ s. p. 176 cf. i. n. 11); idem adiecit v. $7^1$ παλαιὸς δὲ λόγος περὶ τοῦδε φαείνει (cf. s. p. 172 ex.) quo carmen integrum ad 'verbum' callide detrahit et Orpheus 'antiquam' barbarorum sapientiam suae sententiae originem ipse profitetur (s. p. 165)

idem delevit v. 15. $15^1$. 16 (s. p. 168) propter v. 16 Δία τὸν πάντων μεδέοντα (relicto tamen v. 2 ἔγγονε Μήνης s. p. 168. 175) et quia v. 15 deus invisibilis esse dicitur quoniam πᾶσι θνητοῖς θνηταὶ κόραι εἰσὶν ἐν ὄσσοις, nam v. 10 ipse mutavit (contra Orphici poetae sententiam Philonem Platonicosque secutus s. p. 167) οὐδέ τις αὐτὸν | εἰσοράᾳ ψυχῶν θνητῶν, νῷ δ' εἰσοράαται (pro οὐδέ τ. αὐ. εἰσ. θνητῶν, αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται). denique v. 7 scripsit τυπωτὴν (pro ἄνακτα cf. v. 13 s. p. 165/6, nisi tamen Hecataei inventum est), v. 8 cum in Clemente reperiret αὐτοτελής reliqua ad idem conformavit αὐτοῦ δ' ὕπο πάντα τελεῖται (pro ἑνὸς ἔκγονα πάντα τέτυκται cf. v. $21^2$ s. p. 166)

11. sequitur 'Aristobulus' auctor libelli Eusebiani ab 'Aristobulo maiore' cuius exemplum imitatur facile distinctus (s. p. 172), interpolator Mosaicus etiam impudentior, homo semibarbarus et coniectator palaeographicus. is v. $16^7$ sq. quoque ad ipsum Mosen refert qui πνεύματα ἡνιοχεῖ.. καὶ π. χεῦμα | νάματος, ἐκφαίνει δὲ πυρὸς σέλας τάδε (!) ἰφιγενήτου (pro .. | ἐκφαίνει δὲ πυρὸς σέλατα διαφεγγέα πάντῃ s. p. 170 sq. cf. p. 176), v. $1^1$-2 in ipso exordio (ex θεῖόν τε νόημα πάντες ὁμῶς vel πᾶσιν ὁμοῦ) effecit θείοιο τεθέντος πᾶσι νόμου (reliqua sententia turbata s. p. 165) qua re 'Aristobuli maioris' v. $16^1$ (λοιπὸν ἐμοὶ καὶ πᾶσι δεκάπτυχον ἀνθρώποισιν cf. v. $21^6$ s. p. 176) longe excedit. deinde v. 13 sq. (secundum v. 10) temptavit σὺ δέ κεν ῥέα πάντ' ἐσόρησο, | αἴ κεν ἴδῃς αὐτόν licet cetera iam suspensa haererent (s. p. 167), et v. $21^8$ sq. corruptos emendare conatus est σὺ δὲ τοῖσι νόοισι πελάζευ μηδ' ἀπόγε (!) | ⟨εὖ⟩ μάλ' ἐπικρατέων στέρνοισ⟨ι δὲ ἔν⟩θεο φήμην (s. p. 170 cf. p. 176). idem procul dubio Hecataei sententiam elusit v. 11 sq. αὐτὸς δ' ἐξ (cf. Clem. 725 οὗτος δ' ἐξ ant. theos.) .. αὐτῷ δὲ χάρις (pro αὐτοῖς δὲ κ' ἔρις s. p. 171 sq.), v. $13^3$ scripsit κραταιοῖο (pro κρατεροῖο cf. v. $21^1$ s. p. 167) et v. 3 ἐξενέπω (pro ἐξερέω). in additamentis 'Aristobuli maioris' lectiones exhibet theosopho recentiores v. $16^1$ λ. ἐμοί, πᾶσιν δὲ (pro λ. ἐμοὶ καὶ πᾶσιν) et v. $21^5$ γνώμησι λαβὼν κατὰ δίπλακα θεσμόν (pro γνώμην τε λ. καὶ δ. θ. s. p. 170). denique huius sunt ut videtur v. $21^6$ τρ. δέ γε γυῖα (pro τρ. δέ τε γ.), v. $21^1$ πάντως vel πάντων (pro πάντῃ), nisi forte

12. Eusebius horum nonnulla peccavit qui praep. ev. 13 c. 12 'Aristobulum', 13 c. 13 Clementem (str. 5 c. 14) descripsit. cuius codices omnes v. $16^1$ στᾶσιν (pro πᾶσιν s. p. 171) et argutius v. $1^1$-2 φεύγ. δικαίων θεσμοὺς θείοιο τιθέντος (pro τεθέντος) πᾶσι νόμου. alia a singulis librariis temptata sunt, v. $16^6$ κυκλοτερὴς ἐν ἴσῳ C κυκλοτερές ⟨γ'⟩ ἐν ἴσῳ alii, v. $11^1$ χάριν CFG (pro χάρις s. p. 166), v. 2 πᾶσιν ὁμοῦ rursus GJ, v. 3 ἐξενέπω γὰρ Μούσαις J, v. 10 εἰσοράᾳ ψυχὴν θνητῶν J, v. $13^2$ ἐπὶ γαῖαν τέκνον ἐμὴν CFG, v. 20 ὁ. τε CFGJ, ἐκτέτακεν ⟨δ'⟩ ὀρέων D, al.; in Clemente Eusebius vix differt, nisi quod v. $21^1$ οὔτε (pro οὐδὲ), v. $21^6$ ἀλλ' οὐ (ἄλλως οὐ Clem., ἀλλ' οὐ μὲν Eus. codd. aliq.) et fort. δέ γε γυῖα (= Ar.); contra v. 20 ἔνδοθι θυμῷ Eus. rectius quam ἔ. θυμοῦ Clem. cod. L (s. p. 169)

13. Theodoretus Clementem et Eusebium contaminavit (s. p. 154): v. 8-9 et v. $21^3$ τελευτήν ex Eusebio, reliqua ex Clemente (v. 20 ἔ. θυμῷ cum codice Eusebiano s. n. 12)

14. theosophus carmen exhibet triplici interpolatione contextum. nam Abrahami interpolatorem ('Hecataeum') cum sequi docet inscriptio (s. p. 153) eiusque recensionem antiquiorem ab eo servari collato Clemente apparuit (s. n. 8), sed accesserunt cum alia tum Mosaica 'Aristobuli maioris' (n. 10). in contexendo quomodo rem gesserit exemplo est v. $10^1$ αὐτὸν δ' οὐχ ὁρόωσι (!), περὶ γὰρ νέφος ἐστήρικται (= v. 14) post v. 10 repetitus quia in Clemente p. 692 (vel Theodoreto) versus 14 post v. 10 subsequi videbatur, tamen in singulis ex Clemente ne verbum quidem mutavit (excepto fortasse v. $16^7$ πνεύματι cf. s. n. $8^1$). item igitur (s. p. 173) versus quos Hecataeo deesse animadvertit v. $7^1$. $16^1$. v. $21^{4\text{-}5}$ ex Aristobulo simpliciter adiecit codice usus aliquo Eusebio longe praestantiore (s. n. 11), varias autem lectiones Aristobuli et maioris (cf. v. 10. 8 s. n. 10) et innumeras minoris (s. n. 11) respuit omnes. quare Aristobuli maioris quam minoris recensionem eum contulisse probabilius est, ita ut theosophus medium inter Aristobulos locum teneat (cf. s. p. 172/3). ita enim res facillime explicatur. nam ne theosophum ipsum nil nisi 'Aristobulum maiorem' reddere arbitreris, obstant quae praeter v. $7^1$. $16^1$. $21^{4\text{-}5}$ illi danda esse censuimus s. n. 10 quaeque artius inter se cohaerent quam quae nunc apud theosophum sat male coniuncta leguntur (cf. e. g. v. 15 sqq. s. p. 168), obstat porro Clemens qui l. l. Aristobulum prorsus ignorat et Hecataeum sequitur recentiorem (s. p. 173), cuius lectiones a theosopho (qui Hecataeum antiquiorem sequitur) diversae (s. n. $8^1$) qua via ad Aristobulum minorem pervenerint nisi per maiorem non video (cf. s. n. 10 et v. 8 ubi Arist. maior ipsius Clementis vestigiis insistit). quae quoniam certa sunt, in dubium quemquam vocare non magis patiar quam re inversa contendere Clementem illa ex Aristobulo quem totiens nominat (cf. n. 9) sumpsisse et Aristobuli versus Mosaicos sprevisse (cf. s. p. 173).

ceterum theosophus de suo coniecit v. 12 πόλεμος καὶ λοιμὸς (post ὀπηδεῖ s. p. 166), v. 16 τ' (pro δ' post v. $15^1$ s. p. 168) et τὸν δὴ πάντα (cf. mon. et coh.), v. $21^{6\text{-}7}$ ἀλλ' — ὡς οὐ θεμιτὸν δὲ λ., τρομέω δὲ τελίην (= τελετήν Buresch, non τε λίην cf. schol. φρίττω τὸ μυστήριον λογιζόμενος, male cf. e. g. Hom. K 95 τρομέει δ' ὑπὸ φαίδιμα γυῖα) — ἐκ νόου ἐξ ὑπάτου, v. $21^3$ μέσον (ita etiam Eus. codd. aliq.) et proinde ἧ δ' αὖ μ., ἧ δὲ. corruptela Aristobulo minore antiquior v. $21^9$ ἄπογος (pro ἀπόδος cf. s. p. 170); alia v. 10 εἰσοράει, v. $13^1$ οὔκουν (pro οὔ κεν), v. $15^1$ ἐμφύασιν, v. $16^2$ κρείοντα (cf. v. $21^7$)

15. in tanta testium frequentia vulgaris contaminatio. versus et verba contaminaverunt Clemens (s. n. $7^1$) Theodoretus (s. n. 13) theosophus (s. n. 14), contaminaverunt etiam singuli codices: monarchiae codex F (s. p. 177) inspecto Clemente, codicis C corrector v. 8 αὐτοτελής et αὐτοῦ δ' ὕπο πάντα τελεῖται ex Eusebio (vel Theodoreto), cohortationis codd. exc. C v. 13 μεγάλου βασιλῆος ex Clemente, Eusebii codex D in marg. v. 3 ἐξερέω (in theosophi codice F quidam paginae Orphicae adscripsit 'Quaere in Iustino et confer' sc. eiusdem codicis F) al.

16. denique omnia miscuerunt viri docti, qui quod nostro saeculo impune faciunt ne in veteribus (velut theoso-

pho) acrius reprehendas. quorum contaminationes et interpretationes non colligo, sed singulis quae supra memoravi ut pauca addam v. 11 in coh. cod. F aliquis pro κακὸν scite coniecit νοῦν (νόον), de v. 13 sqq. cf. s. p. 167, de v. $11^1$ cf. s. p. 172, de v. $16^1$ cf. s. p. 171, v. $16^6$ sq. κατὰ δὲ σφέτερον κνώδακα πνεύματα ἡνιοχεῖ coniungit Sylburg, κνώδακα· πνεύματα δ' ἡν. distinguit Buresch, v. $21^6$ οὐ θεμιτόν με (pro σε vel δὲ) λέγειν idem, de v. $21^8$ cf. s. p. 170, al. — v. 1 βέβηλοι omnes testantur, etiam qui v. 1 solo usi sunt (cf. s. p. 154, et cum iis schol. Soph. O. C. 9) et Aristobulus, βεβήλοις quod sciam nemo nisi Suidas in schol. Soph. quod describit et coh. codex D ac 'Vossii margo' in Eusebio; neque qui (βεβήλοις aut βέβηλοι) πᾶσιν scripsere intellexerunt verborum sententiam quae optime illustratur loco Platonis symp. p. 218 B (cf. s. p. 154) οἱ δὲ οἰκέται καὶ εἴ τις ἄλλος ἐστὶ βέβηλός τε καὶ ἄγροικος πύλας πάνυ μεγάλας τοῖς ὠσὶν ἐπίθεσθε: attamen 'dass die platonische Form (πύλας τοῖς ὠσὶν ἐπίθ.) vielleicht die Konjekturalverbesserung eines sinnstörenden Fehlers (πᾶσιν ὁμοῦ statt πᾶσι νόμου) ist, der durch die Auslassung eines von Aristobulos mitgeteilten Verses entstanden war' (!) sibi persuasit O. Gruppe l. i. i. p. 713. — denique quod Clemens v. $16^3$ Christum intellexit (s. p. 160 cf. p. 170), ne propter Arnobium 1, 38 veteres Christo peculiarem rerum caelestium et terrestrium scientiam tribuere solitos esse existimes, moneo Arnobium illa ab Epicuro Lucretii ad Christum simpliciter transtulisse (cf. Klussmann Philol. 26, 362). —

ad finem tandem pervenimus. atque omnia ni fallor quantum quidem fieri nunc potuit explanata habes et expedita. quodsi in re quamvis obscura ac desperata, quae virorum doctorum neglegentia confusa magis erat quam illustrata, carminis Orphici historiam ita explicare contigit, ut et origo et falsariorum quorum opera famae similis crescit eundo uniuscuiusque natura atque indoles omnibus pateat, quomodo vel talia infimae aetatis ac perditae industriae monumenta tractanda sint et non sine fructu excutiantur (modo ne singula accurate examinare desistas atque interpolationum quoque causas anquirere quam cum dignitate unum quem plerumque sectantur interpolatorem increpare aut cum theologis de natione falsarii litigare malis), exemplo insigni me demonstravisse et rem fusius quam ad propositum conveniebat peregisse non paenitebit. quamquam in tanta lectionum ac rerum confusione etiam minima quaeque recte explicata esse non exspectabit qui secum reputaverit quam lacera opusculi difficillimi memoria ad nos manaverit, casu magis quam ratione servata: habeant sibi qui nisi bis binis quattuor fieri demonstraveris quaestionem ad finem perductam nondum esse conclamare aut singula negando totam disputationem eludere solent. hoc certe vel iis qui cetera non curant longo ac molesto examine declaratum esse confido 'Aristobuli' Orphicum carmen et integrum quem Aristobulo Eusebius inscripsit libellum non antiquum esse sed omnium fere opinione longe recentiorem, adsignandum esse saeculo quod interest inter Clementem Alexandrinum et Eusebium; 'Aristobulum' inter reliquos cognovimus interpolatorem tam recentem et audacem, ut omnem carminis quod ante eum fuit naturam everteret. qui sive Christianus fuit sive Iudaeum etiamnunc putare mavis — nihil enim refert — 'Mosaicae legis' unice studiosus Orphicis ea intulit quorum apud Clementem, qui tamen totus est in eo ut Mosen universae Graecorum sapientiae praedecessorem et auctorem esse ostendat, vestigia frustra circumspexeris. at eundem Aristobulum Iudaeum putabant spuria illa carmina omnia condidisse quibus cum alii tum Clemens in stromate V utitur ad probandum Graecos sua a barbaris deduxisse, immo furatos esse, quin etiam ad eundem Aristobulum falsariorum omnium principem atque ducem redire quae in stromate VI deinceps Clemens profert ad superiora confirmanda, scilicet fures esse Graecos cum vel sua invicem furari sint soliti. nunc vides quo fabula illa redacta sit. fac carmen quale apud Eusebium legitur Aristobuli Peripatetici esse: tamen illum 'Aristobulus' quidam maior Mosaicus antecessisse statuendus est, hunc rursus homo 'Hecataei' consimilis Abrahami studiosus, cum denique Iustiniani carminis auctor et ipse falsarius. iam quantopere altero vel tertio a. Chr. n. saeculo Iudaica studia floruisse existimabimus, quomodo harum rerum et Aristobuli praesertim memoriam cum reliquos omnes tum Iosephum (c. Apion.) prorsus fugisse explicabimus? aut quo tandem casu factum esse putabimus ut per tot saeculorum silentium primi carminis forma integra ad Iustinum Theophilum Clementem Cyrillum, 'Hecataei' editio altera aucta et deterior ad eundem Clementem et theosophum, 'Aristobuli' editio tertia et pessima ad solum Eusebium et theosophum pervenerit? nonne recentissimam formam apologetarum aevo magis vulgarem et acceptam fuisse exspectaverimus? ne plura, quoniam quem ordinem testes secuntur idem est editionum, ipsorum testium temporibus singula subnata esse apparet. quid quod in ipso Clemente, tamquam sub oculis Clementis malam segetem succrescere et propagari videmus? abeat igitur 'Aristobulus' neve circulos philologorum aut theologorum turbare pergat; sibi habeant qui quoniam diu fabula credita est, aliquid veritatis subesse putant, qui iudicium quam superstitionem abicere malunt. nam quos ne antea quidem quisquam commovit ut rem accuratius examinarent nunc promptiores fore despero. velut postquam Lobeckius sententiam tulit etsi non rectam at reliquis longe rectiorem (Agl. 1, 447): 'in universum igitur sic contendo, Iustiniano fragmento omnium brevissimo primigeniam carminis Orphici, qualis quidem illis temporibus fuit, formam repraesentari; novae interpolationis specimen praebere exemplum Clementis, quod Iustiniano copiosius est, Aristo-

buleo adstrictius; novissimae ac gravissimae auctorem esse Aristobulum illum, quem Eusebius introduxit, hominem sive Iudaeum sive Christianum, Clementis certe temporibus posteriorem' — qui eum secutus rem absolveret repertus non est, sed (praeter Ioëlium Blicke in die Religionsgeschichte 1880, 1 p. 79—100) omnes fere — ne Schürero quidem excepto, nam Zellerum aut Susemihlum vulgaria referre non miraberis; hariolatur O. Gruppe die rhapsodische Theogonie, Jahrb. f. Philol. Suppl. 17, 711. 742 — Aristobulum Iudaeum Peripateticum Ptolemaei Philometoris familiarem seu falsarium seu falsum esse proclamare pergunt. sane est falsarius 'Aristobulus' ille pseudepigraphus Eusebii, at si quid video Clemente non vetustior. ac multi mehercule ante eum fuerunt falsarii, 'Aristobulus' quidam maior cohortationis auctori quam Alexandrinorum aetati propinquior, quem vixisse suspicor circa ipsius Clementis tempora aut paullo antea, si idem est 'Aristobulus' quem Clemens saepius excerpsit — quamquam carminis Orphici eclogarum nullam ex illo 'Mosaico' scriptore petivit sed aliunde adsumpsit; falsarius porro 'Hecataeus' item pseudepigraphus cuius operi 'Aristobuli' illi sua inventa superposuerunt, homo certe Christianus cum vaticinium de Iesu Christo addiderit, qui ipse usus est 'Iustini' et Orphico carmine et aliis 'monarchiae' eclogis (cf. s. p. 179), Theophilo ut ex singulari eorum in Sibyllinis fragmentis consensu colligi posse videtur haud ita multo recentior; denique falsarius et ipse qui antiquissimam carminis recensionem primus attulit auctor 'monarchiae', Iustino martyre cuius nomen inscripsit aliquanto inferior. atque haec accuratiore ipsius carminis interpretatione demonstrare licuit. verum ne punctum quidem dubitationis relinquatur quodve gnomologiorum historiam turbare eorumque apud Iustinum aut Clementem memoriam obscurare possit, de 'Aristobulo' (et 'Hecataeo') quae a veteribus traduntur reliqua infra seorsum perlustrabimus.

sed missis tandem interpolatoribus iam apparet originem carminis Orphici si perquirendam sumimus proficiscendum esse non ab 'Aristobulo' aut Clemente sed ab uno Iustino. atque remotis recentiorum interpolationibus quod reliquum est ne id quidem genuinum est et antiquum, sed fictum ut cetera poetarum dicta de quibus agimus. sed quem ad modum Aeschyli versus confecti sunt eo tantum consilio ut exemplum adesset certum atque indubitatum post tot eclogas quibus de poetarum sententia theologica in utramque partem disputabatur, aut Sophoclis testimonium novum et luculentum evocatum est, ita Orphei versus producuntur non solum ut sententiam prae ceteris probabilem profiteri videatur, sed carmen integrum sub finem vitae composuisse dicitur quo quidquid antea minus religiose edixerat iam ipse refellerit et retractarit. palinodia est, quam auctores antiquissimi testantur: μετανοῶν (mon.) plurimos quos ante laudaverat falsos deos ἀθετεῖ λέγων ἕνα εἶναι θεόν (Theoph. cf. v. 8), μεταφοιτῆσαι πρὸς τὰ βελτίω καὶ τοῦ ψεύδους ἀνθελέσθαι τὴν ἀλήθειαν (Cyr.) et παλινῳδίαν ᾆσαι (coh. Clem. protr., εἶτα μετέθηκεν ἑαυτὸν ἐπὶ τὸ μόνον καλὸν etiam theos., s. p. 150 sqq.) ipsa voce dicitur; ac palinodiam per varias interpolationes conservavit et perfecit 'Hecataeus', aliena a poetae consilio demum intulit 'Aristobulus' ita ut Orpheus ad 'Mosaicam legem' conversus esse et 'antiquum verbum' ipse praedicare videretur. porro sacrae scripturae et in reliquis 'monarchiae' capitibus et in Orphico carmine auctor ne meminisse quidem videtur, parallela sacra Clemens indagavit et, quasi ἐντεῦθεν ὠφελημένος — οἷον παραφράζων — ἐμφανῶς ἐκεῖθεν εἴληπται (s. p. 152), in furti suspicionem eum vocavit. immo (cf. s. p. 175) totus est in Graecis, Graecorum poetarum exempla sequitur, illorum sententias quales per gnomologiorum eclogas pervulgatae erant imitatur, vetustiorum carminum verbis et versibus utitur; id unum agit ut Orpheus quoque εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας θρησκείας τε τῆς εἰς τὸν ἕνα καὶ πάντων δεσπότην tandem accessisse vel rediisse videatur.

iam si quo fere tempore carmen scriptum sit quaerimus, testium antiquissimi Theophilus et qui Iustini martyris nomen prae se fert auctor monarchiae; certiora aetatis indicia in ipso carmine non insunt. quid quoque tempore impune fingere licuerit aut finxerint difficile est dictu; tamen si verba et doctrinam aut universam carminis naturam atque compositionem consideraveris, id a studiis quae Iudaei veteres in Graecorum litteris collocabant prorsus alienum esse tibi facile persuadebis nisi 'Aristobuli' persona fallaci denuo ultra Philonem te deduci patiaris. immo quae de numinis divini maiestate v. 17 sqq. proferuntur, si falsarii Iudaei essent, Iesaiae ille memor rem aliter descripsisset. quid quod in ipsis his rebus postea offenderunt et postea demum quae deesse videbantur addiderunt originis sacrae indicia. at si Christianis scriptoribus carmen primigenium cum interpolationibus subsecutis tribuimus, quomodo factum esse putabimus ut qui fictis versibus pro certis argumentis uterentur in singulis verbis adeo non essent religiosi ut ipsi effrenata inventione fidei detraherent? nam tanta est lectionum varietas ut totum carmen corruat, contradictionis et fraudis potius quam veritatis testimonium. verum quod tantum inter se differunt neque unquam versus denuo variare augere emendare dubitarunt, id ipsum documento esse videtur eam quoque formam quae interpolatoribus pro fundamento fuit recens inventam et productam atque ab hominibus harum rerum studiosis qui eandem sibi inveniendi libertatem sumerent pia fraude pertractatam et retractatam esse. atque Iustinianam recensionem illis ipsis temporibus satis vulgatam fuisse cognovimus Clementisque potissimum aetate in omnium usu versatam esse variis quas exhibet lectionibus comprobatur. sed quoniam Theophilo

eam cognitam fuisse vidimus, Theophilum certe Orphici carminis primus inventor aetate antecessisse statuendus est. qui cum carmen non perscripserit neque eorum quae in 'monarchia' occurrunt fragmentorum spuriorum alia asciverit et quamvis poetarum esset studiosissimus gnomologium quod supra tractavimus expilavisse satis habuerit, malam segetem nondum adolevisse nequedum multo plura tum temporis inventa fuisse conicio: ut pauciora etiam sunt in 'monarchiae' libello et certo omnia consilio magis quam mera inveniendi libidine confecta. quid quod ipse 'monarchiae' scriptor harum rerum omnium primus falsarius fuisse censendus est? quod etsi iam ex variis indiciis concludi posse videtur, tamen ut certo demonstretur ipsius libelli structura accuratius examinetur oportet. ad reliquas igitur eclogas iam pergamus

κοινωνεῖ δ' αὐτῷ καὶ Πυθαγόρας ἐν οἷς γράφει (Mullach 1 p. 200)

εἴ τις ἐρεῖ· θεός εἰμι πάρεξ ἑνός, οὗτος ὀφείλει
κόσμον ἴσον τούτῳ στήσας εἰπεῖν· ἐμὸς οὗτος,
κοὐχὶ μόνον στήσας εἰπεῖν· ἐμός. ἀλλὰ κατοικεῖν
αὐτὸς ἐν ᾧ πεποίηκε· πεποίηται δ' ἀπὸ τούτου.

versus ficti ad locum apud apologetas communem confirmandum creatorem creato superiorem esse, verba sermoni propiora

cap. 3 καὶ περὶ τοῦ δὲ ὅτι μόνος δυνατός ἐστι καὶ τῶν ἐν τῷ βίῳ συντελουμένων πράξεων καὶ τῆς περὶ τὸ θεῖον ἀγνωσίας κρίσιν ἐνστήσασθαι οἰκείους μάρτυρας παραστῆσαι ἔχω·

(A) καὶ πρῶτόν γε Σοφοκλέα καὶ περὶ τούτου λέγοντα (fr. 1027)

ἔσται γάρ, ἔσται κεῖνος αἰώνων χρόνος,
ὅταν πυρὸς γέμοντα θησαυρὸν σχάσῃ
χρυσωπὸς αἰθήρ· ἡ δὲ βοσκηθεῖσα φλὸξ
ἅπαντα τἀπίγεια καὶ μετάρσια
φλέξει μανεῖσα.
ὅταν δὲ ἐκλίπῃ τὸ πᾶν,
φροῦδος μὲν ἔσται κυμάτων ἅπας βυθός,
γῆ δ' ἑδράνων ἔρημος οὐδ' ἀὴρ ἔτι
πτερωτὰ φῦλα βαστάσει πυρουμένη·
καὶ γὰρ καθ' Ἅιδην δύο τρίβους νομίζομεν,
μίαν δικαίων, χἀτέραν τῶν ἀδίκων εἶναί τε ὅρον·
κἄπειτα σώσει πάνθ' ἃ πρόσθ' ἀπώλεσεν.

(B) ἀλλὰ καὶ Φιλήμων πάλιν (fr. 246 p. 539)

οἴει σὺ τοὺς θανόντας, ὦ Νικόστρατε,
τρυφῆς ἁπάσης μεταλαβόντας ἐν βίῳ
καὶ γῆν καλύψειν ὡς ἀπὸ τοῦ πάντ' εἰς χρόνον
πεφευγέναι τὸ θεῖον ὡς λεληθότας;
ἔστιν Δίκης ὀφθαλμός, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.
εἰ γὰρ ὁ δίκαιος καὶ ἀσεβὴς ἕξουσιν ἕν,
ἅρπαζ' ἀπελθών, κλέπτ', ἀποστέρει, κύκα.
μηδὲν πλανηθῇς· ἔστι καὶ ἐν Ἅιδου κρίσις,
ἥνπερ ποιήσει θεὸς ὁ πάντων δεσπότης,
οὗ τοὔνομα φοβερὸν οὐδ' ἂν ὀνομάσαιμι ἐγώ.

(C) καὶ Εὐριπίδης ἄφθονον βίου μῆκος δίδωσι πρὸς κρίσιν (v. 1-4 = fr. 835; v. 5-9 = fr. 1131)

ὅστις δὲ θνητῶν οἴεται τοὐφ' ἡμέραν
κακόν τι πράσσων τὸν θεὸν λεληθέναι,
δοκεῖ πονηρὸς καὶ δοκῶν ἁλίσκεται,
ὅταν σχολὴν ἄγουσα τυγχάνῃ Δίκη.
ὁρᾶθ' ὅσοι νομίζετ' οὐκ εἶναι θεὸν
δὶς ἐξαμαρτάνοντες οὐκ εὐγνωμόνως.
ἔστιν γάρ, ἔστιν· εἰ δέ τις πράσσει κακῶς
κακὸς πεφυκώς, τὸν χρόνον κερδαινέτω·
χρόνῳ γὰρ οὗτος ὕστερον δώσει δίκην.

= Clem. str. 5 cap. 14 p. 721 (Euseb. pr. ev. 13 c. 13, 47, excerpsit Theodoret. c. 6 p. 88) Δίφιλος πάλιν ὁ κωμικὸς τοιαῦτά τινα περὶ τῆς κρίσεως διαλέγεται

οἴει σὺ τοὺς θ., ὦ Νικήρατε . . . ὁρᾷ. (B 1-2. 4-5)
καὶ γὰρ . . . ἑτέραν δ' ἀσεβῶν εἶναι ὅρον. (A 9-10)
καὶ εἰ τοὺς δύο (cf. A 9) καλύψει ἡ γῆ φύσει (φασὶ Eus.) τῷ παντὶ χρόνῳ, (B 3)
ἅρπαζ' ἀπελθὼν . . . ὀνομάσαιμ' ἐγώ. (B 7-10)
ὃς τοῖς ἁμαρτάνουσι πρὸς βίον μῆκος δίδωσι. (μ. β. δ. Eus.) (C in.)
εἴ τις δὲ θνητῶν . . . δώσει δίκην. (C 1-5. 7-9)

συνᾴδει δὲ τούτοις (καὶ add. Eus.) ἡ τραγῳδία διὰ τῶνδε

ἔσται γάρ, ἔσται κ. (καινὸς L) αἰῶνος χρόνος . . . .
φλέξει μανεῖσα, (A 1-5 in.)

καὶ μετ' ὀλίγα αὖθις ἐπιφέρει

ἐπὰν δ' ἐκλίπῃ τὸ πᾶν . . . πυρουμένη (A 5 ex.-8)
κἄπειτα σώσει πάνθ' ἃ πρόσθ' ἀπώλεσεν. (A 11)

praeterea A 7 ἕδραν ὧν L ἐράνων Eus.; οὐδ' ἄρ' ἔτι Iust. Clem. (οὐ γὰρ ἐπὶ L) Eus.; A 8 βλαστάσει Clem. Eus.; B 10 φ. ἐστιν Clem. Eus.; C 1 ὅστις Iust. recte; C 2 τοὺς θεοὺς et C 3 πονηρὰ Clem. Eus. recte; C 5 ὅσοι δοκεῖτε Clem. Eus.; C 7 κακιῶς (pro καλῶς) etiam Clem. Eus. — quae tam confusa tamque futtilia sunt ut operam in talibus rebus explicandis perdere videaris. sed insunt genuina et antiqua quibus novicia accesserunt,

C 1-4 (Eur. fr. 835) = Stob. ecl. 1, 3, 15ª p. 54 (Εὐριπίδου Φρίξῳ) et Sext. Emp. p. 661. 665 v. s. p. 8

et B 5 (Trag. fr. ad. 421) ap. Plut. adv. Col. 30 p. 1124 F Men. mon. 179 cf. Polyb. 23, 10, 3 (κατὰ τὴν παροιμίαν); plura inesse probabile est. ut rem paucis absolvam, antiquior iterum Iustinus; fragmenti C quod Euripidi inscribit pars est Euripidis, Diphilo Clemens continuat. deinde cum in v. B 7—C 9 Iustinus et Clemens satis bene inter se concinant, unice rectum est quod Iustinus praemittit B 6; hunc versum Clemens omisit eiusque loco verba praefixit sumpta

quidem ex B 3 sed quae neque versum efficiunt neque sententiae apta sunt. contra apud Iustinum in B omnia optime procedunt, quibus Clemens v. A 9-10 male intrusit propter B 8 quos postea ne v. B 3 quidem in auxilium vocato cum B 7 sqq. consarcire potuit (rem ita turbari sensit Theodoretus qui v. A 9 καὶ δὴ κατ' Ἅιδην temptavit, deinde ἑτέραν δὲ ἀσεβῶν. καὶ μετ' ὀλίγα· μηδὲν πλανηθῇς — δεσπότης, om. rell.). restat A in quo iterum non nimis dissentiunt (Σοφοκλῆς — ἡ τραγῳδία); tamen recte Clemens A 9-10 expulit (in quibus alterius eclogae rudera latere videntur), quamquam cum in B transferret confusionem adauxit. idem in v. A 5 rectius tradit nonnulla interfuisse cum in Iustino duorum versuum reliquiae in versum qui videtur coaluerint. contra in C in. egregie lapsus est Clemens cum (om. καὶ Εὐριπίδης) ex apologiae verbis ἄφθονον βίου μῆκος δίδωσι πρὸς κρίσιν versus edolaret ὃς τοῖς ἁμαρτάνουσι πρὸς βίον | μῆκος δίδωσι (sc. deus), quae Eusebius deinceps emendare conatus est.. πρὸς μῆκος βίον | δίδωσι. — fragmenti B quem auctorem esse scriptor voluerit haud certum est; ego Iustinum sequor quem cum in aliis rebus tum in auctorum nominibus fide digniorem cognovimus (cf. etiam strom. p. 728 Δίφιλος = Μένανδρος ἐν Διφίλῳ seu Ἀφίλῳ ap. Iust. mon. 5 s. p. 126).

caput ad illustrandam falsarii apologetici operam etiam insignius. in fragm. C ita exorditur ut proponat ipsius Euripidis dictum clarissimum, quo Chrysippus uti solebat ad demonstrandum multa τοῖς ποιηταῖς δεξιῶς εἰρῆσθαι καὶ περὶ θεῶν, quod tamen praeter Sextum et Stobaeum nemo unquam attulit nisi Iustinus et qui eundem auctorem sequitur Clemens. tunc pergit admirabundus: ὁρᾶθ' ὅσοι νομίζετ' οὐκ εἶναι θεόν κτλ. et versibus haud ita male factis suam sententiam apponit. falsarii id est, verum qui fecit non Iudaeus fuit Peripateticus, sed scriptor quidam apologeticus cui praesto erant et obversabantur antiquae illae disputationes theologicae, in quibus inde a Chrysippo poetarum testimonia sollemnem locum habebant; talia autem ab apologeta Clemente multo antiquiore agglutinata esse probabile non est.

simile quid accidisse videtur in fragm. B cuius versus priores (v. 1-2. 4-7) cur in suspicionem vocemus non video. atque fragm. A quod sermonem sapit oraculorum Sibyllinorum facile persentiscimus opponi notissimis tragicorum de deo effatis velut Eur. fr. 286 (Iust. mon. 5 s. p. 125)

φησίν τις εἶναι δῆτ' ἐν οὐρανῷ θεούς;
οὐκ εἰσίν, οὐκ εἴσ', εἴ τις ἀνθρώπων θέλει
μὴ τῷ παλαιῷ μῶρος ὢν χρῆσθαι λόγῳ.
σκέψασθε δ' αὐτὰ κτλ.

singula percensere supersedeo neque tempus tero in emendandis e. g. v. B 3 (ubi pro ὡς facile scripseris ὥστ' vel καὶ) aut A 10 (ubi cod. F secutus est lectionem Clementis, qui ipse ἀσεβῶν sumpsit ex B 6 quem omittit, cf. i. p. 192)



quem fortasse ne auctor quidem versum esse voluit (cf. C in. et cap. 4 Philem. v. 17). hoc addo: quod genuina partim insunt partim respiciuntur neque libero pede falsarius procedit, non inventoris ea sunt ludibundi sed qui certis usitatisque exemplis insistit illos secutus qui deum esse aut affirmantes aut negantes clarissimas poetarum sententias dudum excerptas in quaestionem vocare solebant; qui falsorum originem ab iis repetunt qui Graecos sua a barbaris surripuisse demonstrare conati sint, scriptoris propositum non satis perspexerunt. — ad Clementem quomodo praestantiora nonnulla pervenerint (cf. Schürer l. l. p. 810[80]) ex proximo capite ultro apparebit

cap. 4 καὶ ὅτι οὐ σπονδῇ καὶ θυμιάματι κακούργων προσφέρεται ὁ θεός, ἀλλ' εὐθύτητι τὰς τιμωρίας προσνέμει ἑκάστῳ, μαρτυρήσει μοι Φιλήμων πάλιν (Kock 3 p. 272)

εἴ τις δὲ θυσίαν προσφέρων, ὦ Πάμφιλε,
ταύρων τι πλῆθος ἢ ἐρίφων ἢ νὴ Δία
ἑτέρων τοιούτων ἢ κατασκευάσματα,
χρυσᾶς ποιήσας χλαμύδας ἤτοι πορφύρας
ἢ δι' ἐλέφαντος ἢ σμαράγδου ζῴδια
εὔνουν νομίζει τὸν θεὸν καθεστάναι,
πλανᾶτ' ἐκεῖνος καὶ φρένας κούφας ἔχει.
δεῖ γὰρ τὸν ἄνδρα χρήσιμον καθεστάναι
μὴ παρθένους φθείροντα καὶ μοιχώμενον,
κλέπτοντα καὶ σφάζοντα χρημάτων χάριν,
τἀλλότρια βλέποντα κἀπιθυμοῦντα
ἤτοι γυναικὸς πολυτελοῦς ἢ δώματος
ἢ κτήσεως παιδός τε παιδίσκης θ' ἁπλῶς,
ἵππων, βοῶν τὸ σύνολον ἢ κτηνῶν. τί δή;
μηδὲ βελόνης ἕν ἅμμ' ἐπιθυμήσῃς, Πάμφιλε·
ὁ γὰρ θεὸς βλέπει σε πλησίον παρών,
ὃς ἔργοις δικαίοις ἥδεται κοὐκ ἀδίκοις
πονοῦντά τ' ἐᾷ τὸν ἴδιον ὑψῶσαι βίον
τὴν γῆν ἀροῦντα νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν.
θεῷ δὲ θῦε διὰ τέλους δίκαιος ὤν,
μὴ λαμπρὸς ὢν ταῖς χλαμύσιν ὡς τῇ καρδίᾳ.

βροντῆς ἀκούσας μηδαμῶς πόρρω φύγῃς
μηδὲν συνειδὼς αὐτὸς αὑτῷ, δέσποτα·
ὁ γὰρ θεὸς βλέπει σε πλησίον παρών.

= Clem. str. 5 cap. 14 p. 720 (Eus. l. l.) ναὶ μὴν διὰ τοῦ Ἠσαΐου τοῦ πνεύματος κεκραγότος (1, 11)· τί μοι πλῆθος τῶν θυσιῶν ὑμῶν κτλ. Μένανδρος ὁ κωμικὸς αὐταῖς γράφει ταῖς λέξεσιν (v. 1-10. 15-16)
1 εἴ τις δὲ θυσίαν... (v. 6 καθεστάναι ut Iust., v. 7 πεπλάνηται, v. 8 πεφυκέναι recte cf. v. 6)...
10 κλέπτοντα καὶ σφάττοντα χρημάτων χάριν,

15 μηδὲ βελόνης ἔναμμα ἐπιθυμήσης, Πάμφιλε·
16 ὁ γὰρ θεὸς βλέπει σε πλησίον παρών.
θεὸς ἐγγίζων ἐγώ εἰμι κτλ. διὰ Ἱερεμίου φησίν (23, 23). καὶ πάλιν ὁ Μένανδρος παραφράζων τὴν Γραφὴν ἐκείνην (psalm. 4, 5)· θύσατε θυσίαν δικαιοσύνης καὶ ἐλπίσατε ἐπὶ κύριον, ὧδέ πως γράφει (v. 15. 16/17-24)

μηδὲ βελόνης, ὦ φίλτατε,
ἐπιθυμήσης ποτὲ ἀλλοτρίας· ὁ γὰρ θεὸς
δικαίοις ἔργοις ἥδεται καὶ οὐκ ἀδίκοις,
πονοῦντα δὲ ἐᾷ ... (v. 21 καὶ λαμπρὸς Eus.) ...
22 βροντῆς ἐὰν ἀκούσῃς, μὴ (om. πόρρω) φύγῃς κτλ.

ἔτι σοῦ λαλοῦντος, φησὶν ἡ Γραφή (Iesai. 52, 6)· ἐρῶ, ἰδοὺ πάρειμι (seq. Diphili q. d. οἴει σὺ κτλ. cf. s. p. 188)

quae sicut apud Clementem leguntur ex uno codemque auctore desumpta non esse liquet. diversos fontes ipse Clemens significat cum dicit Μένανδρος ὁ κωμικὸς αὐταῖς γράφει ταῖς λέξεσιν, deinde καὶ πάλιν ὁ Μένανδρος ὧδέ πως γράφει. atque alterius eclogae initium ex superiore repetitum est et utraque in eundem versum exit. priora autem (v. 1-16) satis bene procedunt (v. 15 pro Πάμφιλε leg. φίλε), modo cum Clemente sustuleris ineptos v. 11-14) quos monarchiae auctor invita Minerva inculcavit. neque minus ab illis differunt v. 17 sqq. insulsi et ex variis pannis aegre consuti (cf. v. 17 ὅς quod versum excedit) prioribusque adstructi (repetito v. 24 = v. 16), qui tamen in altera Clementis ecloga item contaminati leguntur atque apud Iustinum. itaque in illis Clementem genuina servavisse putabimus cum in reliquis eum cum Iustino consentire aut etiam recentiore forma uti cognoverimus? atque ego quid huic rei obstet non video. nimirum Clemens in capite illo strom. 5, 14 cum ficticiis his carminibus plurima exhibet quae ne minimam quidem moveant suspicionem quaeque ex antiquo gnomologiorum de deo capite per saeculorum seriem propagata sunt; eadem autem falsario Iustiniano materiam dedisse unde nova effingeret iam satis superque declaratum est. itaque quae Clemens ex diversis fontibus sumpserit infra peculiari quaestione discernenda erunt, interim singulari eius beneficio contigit ut et antiquam eclogam habeamus et recentem, et quomodo genuinis alia a falsario Iustiniano adsuta sint perspicere liceat. nam Clemens postquam priorem eclogam ex optimo fonte descripsit cum in altero fonte similem eclogam reperiret, ne priora iterum exararet sive ut alterum fragmentum quod cum illo coaluisse videbatur secerneret, novam eclogam constituit initio quantum fieri potuit resarto: μηδὲ βελόνης ex v. 15 et ὦ φίλτατε extra versum ipse addidit, ἐπιθυμήσης ποτὲ ex v. 15, ἀλλοτρίας ex pessimo v. 11, ὁ γὰρ θεὸς ex v. 16, iam v. 17 monstrum quod erat effugit sed inconsulto ipse δικαίοις ἔργοις transposuit — quae multo labore ad normam redigere frustra conati sunt (velut μηδὲ βελόνης | ὦ φ. ἐπ. ἀλλοτρίας ποτέ iam Euseb.); neque iam ex Clementina recensione Iustini versus conflatos esse quisquam arbitrabitur. simul exemplo discimus qua ratione Clemens in accommodandis variis fontibus usus sit; summopere igitur cavendum



est ne temere uni fonti aut falsario omnia tribuamus quae cum dubiis a Clemente coniuncta videmus. sed quod gravissimum est Clementis ope Menandri fragmentum (v. 1-10. 15-16) recuperavimus (et fortasse unum ex iis quae respexit Iustinus apol. I s. p. 141); reliqua quae Philemonis esse dicuntur abstergenda sunt et in spuriis relinquenda. Iustinus autem quod in nomine poetae falsus est fortasse Pamphili persona quae utriusque erat in errorem inductus est; nisi iudicare mavis eum, quo minus vulgare testimonium videretur, in fine operis nomen Philemonis simpliciter Menandri loco substituisse. quid vero interpolatione spectaverit aut quomodo rem egerit, postquam antiquum Menandri fragmentum quo fundamento usus est secrevimus, etiam clarius patet quam supra in sententia Euripidis. ut initio capitis id ipsum fere proponit quod poetae verbis continetur, ita eclogae sententiam non immutat, sed novis exemplis auget atque exornat, simplicitate magis quam inventione laudabilis (cf. v. 19 τὴν γῆν ἀροῦντα νύκτα καὶ τὴν ἡμέραν aut ingenuam v. 16 = 24 repetitionem ὁ γὰρ θεὸς βλέπει σε πλησίον παρών), ut hominem videas a Clementis πολυπραγμοσύνῃ aut ab 'Aristobuli' q. v. ingenio quam diversissimum.

notam addam de Iustini codice F olim Argentoratensi. qui cum v. 22 βροντῆς ἐὰν ἀκούσῃς, μὴ φύγῃς cum Clemente et Eusebio legat atque v. 15-17 praebeat

μηδὲ βελόνης, ὦ φίλτατ', ἐπιθυμῇς· ὁ γὰρ θεὸς
δικαίοις ἔργοις ἥδεται καὶ οὐκ ἀδίκοις,

de origine lectionis nos non decipiet: Clementem adsumpsit (cf. cod. C mg.) et ex illo versum 15 qui vitio laborabat, v. 16 qui abundabat, v. 17 qui voce ὅς extra versum sita deformatus videbatur emendare conatus est; nisi septenarium versum admisisset, dignus fuit qui in criticorum nostrorum numerum reciperetur. eadem igitur res est quam in Orphicis (s. p. 177) invenimus: codex F (a. 1870 incendio consumptus quem Harnack die Ueberlieferung der griech. Apologeten, Texte u. Untersuch. 1, 1, 83. 89 immeritis laudibus extulit) cum in reliquis pessimae sit notae, ubi novis lectionibus praestare videbatur ex Clemente interpolatus et in 'monarchia' quidem — ne dicam de codicis Argentoratensis corpore librorum Iustinianorum — omni auctoritate destitutus est

πάλιν τε Πλάτων ἐν Τιμαίῳ (p. 68 D)· εἰ δέ τις τούτων ἔργῳ σκοπούμενος βάσανον λαμβάνοιτο, τῆς ἀνθρωπίνης καὶ θείας φύσεως ἠγνοηκὼς ἂν εἴη τὸ διάφορον, ὅτι θεὸς μὲν ἅπαντα εἰς ἓν συγκεραννύναι ἱκανῶς ἐπιστάμενος ἅμα καὶ δυνατὸς ὤν, ἀνδρῶν δὲ οὐδεὶς οὐδέτερα τούτων ἱκανὸς οὔτ' ἐστὶ νῦν οὔτ' εἰσαῦθις ἔσται ποτέ — sequitur cap. 5 de quo actum est s. p. 123 quodque Clemens excerpsit in protr. cap. 7 p. 64 sq. s. p. 129.

cf. Stob. ecl. 1, 50, 20 ex. — excerptum ad cap. 4 minus recte pertinere videtur. tamen lacuna ut voluerunt statuenda non est. exemplum enim est quo comprobatur dei naturam comprehendi non posse, eadem autem sententia suberat eclogis Aeschyli et Philemonis cap. 2 s. p. 148 sqq. itaque Platonicum excerptum ad idem caput seu gnomologii seu commentationis redit quo vetera de deo ac dei natura incomprehensibili vanisque hominum de deo opinionibus testimonia collecta erant, unde 'monarchiae' auctor materiam sumpsit ad nova et graviora testimonia perficienda. accedit quod in cap. 5 quod sequitur similia continuantur, pergit enim (cf. s. p. 123): περὶ δὲ τῶν δοκούντων παρά τισι μετέχειν τοῦ ἁγίου καὶ τελείου ὀνόματος κτλ. (cf. s. cap. 3 v. B 10 p. 188 οὗ τοὔνομα φοβερὸν οὐδ' ἂν ὀνομάσαιμ' ἐγώ), i. e. cum sint qui videantur habere notionem dei, tamen futtiles esse has vulgi de deo opiniones Menander aliique poetae ipsi declarant; ac Menandri ἐν Ἱερείᾳ locus cap. 5 (s. p. 124) haud ita longe abest a Philemonis sive potius Menandri fragmento cap. 4. quid igitur? his rebus ego inducor ut existimem 'monarchiae' capp. 2-4 et cap. 5 antiquitus cohaerere. at supra diximus cap. 5 gnomologii caput esse eorum quae adhuc tractavimus omnium antiquissimum et integerrimum atque separavimus a capp. 2-4 quae falsario cuidam Christiano Clemente Alexandrino paullulum vetustiori adsignanda esse videntur. qua re ne omnia quae adhuc disputavimus turbari et confutari videantur, paullo altius in totius libelli naturam inquiramus necesse est.

atque primum quidem ea quae capp. 2-4 leguntur non solum falsa esse sed ad unum auctorem redire eodemque consilio inventa et composita esse apparet. ipse quid sibi proposuerit libelli scriptor declarat, qui exordio profitetur humanam naturam initio quidem cognitionem veritatis cultumque unius dei accepisse; quae cum postea per popularem consuetudinem obscurata sint, hominis philanthropi vel philothei esse veritatem resuscitare. hoc autem se persecuturum esse non oratione ornata, sed ἀποδείξει τῇ ἐκ τῶν κατὰ τὸ παλαιὸν εἰς τὸ παντελὲς τῆς Ἑλληνικῆς ἱστορίας ποιήσει κεχρημένον, ἐκ τῶν πᾶσι κοινῇ δεδομένων γραμμάτων i. e. argumento usum unius poeseos quae postquam veterum auctorum studio ad perficiendam Graecorum sapientiam in omnes partes litterarum deducta sit iam omnibus prostet; exempla igitur se sumpturum ex (scriptorum) libris omnibus notis et vulgaribus: ita qui pro vera religione idolatriam praeceperunt ἐλεγχθήσονται ὑπὸ τῶν παρ' αὐτοῖς ποιητῶν καὶ μελογράφων. quibus verbis gnomologiae poeticae historia tam egregie depingitur ut clarius quae adhuc diximus illustrari non possint. libros itaque adiit quibus poetarum de deo excerpta collecta continebantur — fuit autem gnomologiae antiquissimae peculiare et primarium caput περὶ θεῶν cf. s. p. 8 sqq. — ipsos poetas non iam evolvit; eo enim iam res pervenit ut quorum opera ad omnes quotquot movebantur quaestiones excerpta et excussa videbantur, ipsi neglegerentur et oblivione paullatim obruerentur. singulare igitur poetarum studium quod in reliquis quoque apologetis notavimus unde originem duxerit ea de re ambigi omnino non potest: Stoicorum est neque Peripateticis aut Iudaeis hic locus. tamen ut Christianae religionis praecepta ex solis Graecorum poetis illustrarentur et confirmarentur — aliud enim in toto libello nil agitur — hoc neque ante apologetas fieri potuit neque multo post illorum tempora. nam 'monarchiae' auctor cuius aetatem iam quoad fieri potest exploremus oportet, quantum ab apologetis quos tamen sequitur distet et illos excedat vix est quod multis verbis explicem. velut Theophilus et ipse poetarum exemplis sollemnibus et in theologica ut breviter dicam quaestione decantatis non contentus gnomologium adhibuit, verum ita ut πῶς ἀνακόλουθα ἀλλήλοις ἔφασαν et ἀσύμφωνα ἑαυτοῖς ἐξεῖπον (cf. s. p. 137/3) exemplis probaret potius quam eos aliquotiens tamen ad veritatem pervenisse doceret, et partem tantum disputationis his rebus impendit. contra scriptor 'monarchiae' postquam poetis a superioribus tantum spatii et auctoritatis concessum est, his solis studet et id unum operam dat ut demonstret poetas quidquid minus recte docuerint tamen summam veritatis tenuisse, et pro eclogis totiens repetitis et in varias partes prolatis nova exempla proponit quibus omnis dubitatio tollatur. dixerat Theophilus (s. p. 136): καὶ περὶ πλήθους οὖν θεῶν οἱ συγγραφεῖς εἰπόντες κατῆλθον εἰς μοναρχίαν καὶ περὶ ἀκρισίας φάσκοντες ὡμολόγησαν ἔσεσθαι κρίσιν κτλ. — idem Iustinus q. f. noster perficit neque solum seligit quae cum fide Christiana consentire videbantur sed ipsos poetas facit tamquam palinodiam professos. ne multa (ut alia seponam quae de poetarum studiis apud Christianos scriptores infra colligenda erunt), ex his rebus iam satis comparet 'monarchiam' non multum abesse a Theophilo. quid quod ipsa rerum dispositio ex apologetis sumpta est? conferas velim

e. g. Athenagoram qui declaraturus (suppl. 4) ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἐσμὲν ἄθεοι primum unum esse deum Christianos credere statuit, deinde (c. 12) deo totius vitae rationem reddendam et (c. 13) τὴν εὐσέβειαν θυσιῶν νόμῳ metiendam non esse docet — eodem ordine 'monarchiae' scriptor procedit.

etenim primo loco cap. 2 poetarum περὶ θεοῦ τοῦ μόνου voces componit: Aeschyli qui post multa secundum vulgi opinionem dicta semel tamen veritatem edixerit, Sophoclis qui clarius etiam unum esse deum et mundi creatorem pronuntiarit, Philemonis qui cum et ipse multus fuerit in priscis opinionibus exponendis tamen a veri cognitione alienus non fuerit, Orphei qui se ipse retractaverit, Pythagorae. qua in re primum notandus est poetarum delectus; pro Euripide et Menandro, Homero Hesiodoque novi auctores producuntur, qui quidem in antiquis collectionibus aut disputationibus non defuerunt, sed principem locum non obtinebant. versus autem etsi maximam partem ficti sunt, tamen ad sollemnium eclogarum exemplum sunt compositi. certe in Aeschyli et Sophoclis verbis scriptor eum ipsum imitatur quem procul habuit, Euripidem cuius celeberrima est ἡ τραγῳδία φυσιολογοῦσα (Clem. str. 5 p. 667), nam paullatim etiam physicis quaestionibus omnibus poetarum sententiae adhibitae erant; nisi forte ante oculos habuit simile quid huic Aeschyli fr. 70 (ap. Philod. piet. p. 22 et Clem. str. 5 p. 718, locum sollemnem significant verba Clementis ὅ τε Εὐφορίωνος Αἰσχύλος)

Ζεύς ἐστιν αἰθήρ, Ζεὺς δὲ γῆ, Ζεὺς δ' οὐρανός,
Ζεύς τοι τὰ πάντα χὥτι τῶνδ' ὑπέρτερον.

quae noster repudiavit, quorum sententiam suis verbis exprimere et exornare non dubitavit. quae antiqua in illis eclogis insint non diiudico, auctoris sententiam quam toto libello et maxime capite 5 persequitur sapit eorum quae Aeschylo tribuit exordium

χώριζε θνητῶν τὸν θεὸν καὶ μὴ δόκει
ὅμοιον αὐτῷ σάρκινον καθεστάναι.
οὐκ οἶσθα δ' αὐτόν (cf. etiam s. p. 168).

iam vero Philemonis cum egregium dictum adesset quamvis breve adscripsit neque novi quidquam addidit:

θεὸν δὲ ποῖον, εἰπέ μοι, νομιστέον;
τὸν πάνθ' ὁρῶντα καὐτὸν οὐχ ὁρώμενον.

quae genuina esse Clemens quoque testis est (protr. p. 59) cum sumpserit e fonte qui a Iustiniano diversus est ut mox videbimus; quae si derivata sunt ex gnomologii capite de deo incomprehensibili (cf. Stob. ecl. 2 cap. 1, atque eiusdem generis sunt quae Clemens in strom. v persequitur), in cap. 4 Platonis similem sententiam occurrere non mirabimur. sequitur Orphei palinodia non nimis bene contexta, in quam si fragmenta antiquiora recepta sunt consulto auctor ea selegit et coniunxit, quibus dicitur εἷς ἔστιν θεός (cf. Soph.) — οὐδέ τις αὐτὸν εἰσοράᾳ θνητῶν, αὐτὸς δέ γε πάντας ὁρᾶται (cf. Philem. — et insunt alia physiologiae divinae similia cf. οὗτος γὰρ χάλκειον ἐπ' οὐρανὸν ἐστήρικται κτλ.) haec autem fragmenta quae de dei 'monarchia' componuntur omnia ita comparata sunt ut videamus certo consilio singulorum poetarum de certa re eclogas singulas atque omni ex parte absolutas ab uno auctore esse confectas; et profecto unum exemplum bene luculentum reliqua omnia aequiperabat (ut e. g. Theophilus s. p. 132 s. 2 una Sophoclis ecloga nisus poetas secum ipsos pugnare solere conclamavit). quae si ita sunt, nulla causa est cur suspicemur plura quam singula haec exempla ficta esse et plures falsarii vel falsariorum fetus fortasse apud alios scriptores velut Clementem latere qui illorum compositionibus decepti sint.

deinde περὶ κρίσεως iterum testibus utitur Sophocle et Philemone. atque in illo rursus statim a principio cum gravitate quadam ut quidquid Sophocles aliter dixerit hac una ecloga correctum et retractatum videatur sententiam proponit

ἔσται γάρ, ἔσται κεῖνος αἰώνων χρόνος κτλ.

in Philemone autem iterum ex iis quae praesto erant aptum exemplum deprompsit, cui tamen nonnulla de suo adiecit. atque hoc postquam peregit cum in fontis eodem capite unde Philemonem sumpsit Euripidis sententiam gemellam reperiret (οἴει σὺ τοὺς θανόντας .. πεφευγέναι τὸ θεῖον ὡς λεληθότας; ἔστιν Δίκης ὀφθαλμός coll. ὅστις δὲ θνητῶν οἴεται .. τὸν θεὸν λεληθέναι, ἁλίσκεται ὅταν Δίκη κτλ.) facere non potuit quin hanc quoque apponeret suis observationibus instructam (ὁρᾶθ' ὅσοι νομίζετ' οὐκ εἶναι θεὸν κτλ.) — haec autem Euripidis sententia ubi legebatur? ea ipsa est ecloga quae teste Sexto Empirico (qui cum Stobaeo solus versus tradidit cf. s. p. 8) in Chrysippi capite περὶ θεῶν principe inter omnes loco collocata erat. indidem igitur etiam

cetera derivata sunt sive integra recepit sive ad illorum exempla nova in novum usum fingere maluit. qua re simul explicatur quomodo factum sit ut praeter consuetudinem semel Euripides admitteretur. nam ut erat novarum rerum cupidus novis quoque auctoribus studuit atque quod Menandri et Euripidis nomina in his rebus vulgaria et usque repetita diligenter praeteriit, id ipsum vetusti fontis quem sequitur indicium est etiam insignius. iam Euripidis loco eum Aeschylum aut Sophoclem posuisse non mirabimur, sed cur Menandrum Philemoni cessisse putabimus? nonne Aristophanem exspectaverimus etsi ille Menandri et aequalis fuit et aemulus? verum hoc quoque mihi aetatis vestigium esse videtur. nam Philemo quem praeter gnomologos ex veteribus pauci lectitaverunt sed postea 'consensu omnium meruit credi secundus' (Quintil. 10, 1, 72), ipso apologetarum saeculo ab Apuleio (flor. 16) cum Menandro primum comparatur.

tunc in cap. 4 (περὶ θυσιῶν) in Philemonis quidem nomine videtur falsus esse, sed pro fundamento novae eclogae genuino fragmento usus est quod singulari modo item Clemens servavit str. 5 p. 720 cum duplicem excerpti formam adhiberet, et antiquam ex optimo fonte quem in strom. v sequi solebat sumptam et adulterinam ex Iustiniana compositione depromptam quam illi admiscuit. denique Platonem huc quidem non quadrare, sed cum testimonium sit de incognita dei natura hoc quoque exemplo fontem unde omnia hausta sunt significari iam supra monuimus. ita omnia optime inter se consentiunt neque video quid difficultatis relictum sit. quodsi vera sunt quae diximus, falsarium tenemus, quid voluerit compertum habemus, quibus auxiliis usus, quos auctores secutus sit, quo fere tempore vixerit scimus — 'Aristobulum' illum esse sive Eusebianum sive veterem Peripateticum credant qui vulgaria dediscere nesciunt. id enim iamiam demonstratum esse opinor ipsum 'monarchiae' auctorem (cuius eximiam in describendo gnomologio antiquissimo virtutem atque fidem experti sumus s. p. 123 sqq.), priora haec exempla non ita ut nunc leguntur falsa aut additamentis mutationibusque deformata Clementis more modoque ex diversis turbidisque fontibus conquisivisse et descripsisse, sed ipsum illud φιλανθρώπου ἢ μᾶλλον φιλοθέου ἔργον (s. p. 147) peregisse et impia sane magis quam pia fraude aequaliter omnia ad singula apologiarum capita confecisse et accommodavisse, ipsum esse non falsum sed falsarium falsariorumque principem antiquissimum.

ac falsarium unum fuisse cum aliis etiam eclogarum similitudo ostendit. nam non solum numerorum cuidam aequalitati operam dedit, sed in singulis quoque eiusdem hominis naturam atque ingenium facile discernas. ne longus sim conferas e. g. vim sermonis in cap. 2 Soph. εἷς ταῖς ἀληθείαισιν, εἷς ἔστιν θεός et cap. 3 Soph. ἔσται γάρ, ἔσται κεῖνος αἰώνων χρόνος et Eur. ἔστιν γάρ, ἔστιν (θεός), vel ubertatem dicendi in omnibus (cf. e. g. cap. 2 Aesch. v. 6 et cap. 4 Phil. v. 12-4) et in his parallela multa velut cap. 2 Orph. περὶ γὰρ τρέμει οὔρεα μακρὰ | καὶ ποταμοὶ πολιῆς τε βάθος χαροποῖο θαλάσσης coll. cap. 2 Aesch. τρέμει δ' ὄρη καὶ γαῖα καὶ πελώριος | βυθὸς θαλάσσης καὶ ὀρέων ὕψος μέγα. singulis vocibus identidem utitur velut βυθὸς cap. 2 Aesch. et cap. 3 Soph., χαροπὸν cap. 2 Soph. et Orph., καθεστάναι al., aut in conclusionibus sui similis est (cf. cap. 2 Aesch. et cap. 3 et 4 Phil.). saepius ad ficticia colores et verba sumpsit ex genuinis (cf. cap. 2 Soph. v. 6 θεῶν ἀγάλματα κτλ. cum cap. 4 Phil. v. 4) et quae eiusdem sunt generis. ea quoque documento sunt haud multo plura a falsario procreata, sed haec ita ut nunc collecta feruntur ab eodem homine una edita esse. ceterum in singulis quidem verbis et structura multa insunt quae in LXX virorum versione recurrant (nonnulla collegit Boeckh Graec. tragoed. princip. p. 153 sqq.) — neque id mirum mehercule in scriptore Christiano, sed neque auctor id agit ut Graecorum poetarum cum sacris libris similitudinem detegat neque unquam tacita fraude certum locum illorum versibus inclusit. Clemens demum nequedum in protreptico sed in stromate v in his quoque similitudinum quae videbantur facile admonitus memorias biblicas repperit quarum similitudo tam exilis est ut mirer talibus viros doctos delusos esse; ne repetam Clementis cum 'monarchiam' ipsam usurpaverit, in hac re nullam esse auctoritatem. denique universa et eclogarum et totius libelli natura adeo incompta, sententiae obscurae, in omnibus sermo barbarus et contortus, verba inconcinna, versus claudicantes, ut unum

omnia prodant auctorem Theophili aetate non indignum. at quae illi saeculo facile condonaveris, talia cuiquam Ptolemaeorum aevo proferre et tamquam genuina clarissimorum poetarum fragmenta venditare licuisse quis etiam credere perseverabit?

iam vero ut ad 'monarchiae' caput 5 redeamus, quod primo obtutu a capp. 2-4 plane alienum videbatur cum excerptis constet antiquissimis de quorum fide dubitari omnino nequeat, quodque supra separavimus ac separandum fuit ne certa incertis turbarentur — quae ratio inter duas partes intersit rectius iudicari poterit. atque priora minime quae videbantur excerpta confusa et undique arrepta esse cognovimus, immo ab uno auctore scripta qui antiquissimo et praestantissimo gnomologii capite suo quidem modo utebatur; qui longe plura in illo fonte adfuisse ipse indicat cum propter multa quae poetae minus recte de deo dixerint se pauca quidem sed maxime probabilia eorundem dicta propositurum et illis oppositurum esse profiteatur: πρῶτος μὲν γὰρ Αἰσχύλος τὴν τῶν καθ' αὑτὸν λόγων σύνταξιν ἐκθεὶς καὶ τὴν περὶ θεοῦ τοῦ μόνου ἐξήνεγκε φωνήν — ἀλλὰ καὶ Φιλήμων τὰ ἀρχαῖα εὐπορήσας φράσαι κοινωνεῖ τῇ περὶ τῶν ὄντων γνώσει — μαρτυρήσει δέ μοι καὶ Ὀρφεὺς . . μετανοῶν. aderant igitur et ferebantur multae eiusmodi poetarum sententiae; item quae secuntur exempla ita proferuntur ut cum cura indagata et ex multis selecta videantur: καὶ περὶ τοῦ δὲ ὅτι μόνος δυνατός ἐστι κτλ. οἰκείους μάρτυρας παραστῆσαι ἔχω· καὶ πρῶτόν γε Σοφοκλέα κτλ. atque in fonte quem adiit inter poetas, ut ex singulari delectus ratione apparebat, non solum primarium locum tenebant Menander et Euripides, sed in fragmentis antiquis quae integra novis eclogis intexuit unum inest quo ipsum Chrysippum ut exemplo sollemni prae ceteris usum esse ex Sexto Empirico audivimus. iam vides fontem quidem priorum capitum a capite 5 non ita longe distare. nam et eadem de re ibi agitur et auctores prodeunt soli Menander atque Euripides, et cum tam exquisitum caput sit ut a vulgo aut magno scriptorum numero prorsus ignorari videatur, praeclarissima insunt ipsius Chrysippi exempla velut Euripidis fragmenta duo (s. p. 125) quae item coniuncta ex Chrysippi libris περὶ θεῶν servavit Plutarchus (et rep. Stoi. et aud. poet. cf. s. p. 128) cum alteris duobus (s. p. 126/7) quae non minus certo Chrysippo danda sunt quorumque unum a Sexto Empirico eodem loco affertur quo — sed Sextum evolvas (s. p. 8/10): qui cum gnomologiae poeticae usum ἐν τοῖς περὶ θεῶν percenset, ut specimen exemplorum probabilium proponit τὸ παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ λεχθὲν ἐν Φρίξῳ

ὅστις δὲ θνητῶν οἴεται κτλ.

id ipsum autem Iustinus integrum in usum suum convertit et laude sua exornavit cap. 3 (s. p. 188)

ὁρᾶθ' ὅσοι νομίζετ' οὐκ εἶναι θεόν κτλ.

huic Sextus ut exemplum contrarium eiusdem 'scaenici philosophi' versus opponit (Eur. Tro. 877 sqq.)

Ζεύς, εἴτε ἀνάγκη φύσεος εἴτε νοῦς βροτῶν κτλ.

quos idem Iustinus inter vanas de deo opiniones cap. 5 (s. p. 127) insigni loco rettulit. cohaerent igitur antiquitus capp. 2-4 et cap. 5 et ita cohaerent ut eiusdem vetusti capitis περὶ θεῶν Iustinus alteram partem integram excerpserit (cap. 5), ex altera suis inventis (cap. 2-4) materiam petiverit et sua arte testimonia tam nova et certa derivaverit quibus omnes apologetas superaret.

singula quomodo velut sponte a prioribus ad cap. 5 praecurrant supra adnotavimus (cf. p. 193). etenim postquam summa totius argumenti capita novis et omni ex parte perfectis eclogis absolvit, paullulum resedit et cum illis satis cautum videretur cetera ut erant adicere non dubitavit. iam in cap. 3 Euripidem admiserat et eclogae quae praesto erant tam probabiles videbantur ut paucis de suo additis reciperet — in Platonis verbis additamento opus non erat. sed quod ipse fecerat ut remotis et emendatis vulgaribus opinionibus propria sive arte sive fraude testimonia recta et utilia redderet, id ipsum ab eisdem poetis comprobari videbatur, cum ipsi communes de divino numine notiones impugnarent et illuderent. ita postquam ea quoque afferre coepit, integrum fere caput uno tenore descripsit neque iam verbum addidit aut mutavit, quamquam quae secuntur maximam partem ipsas vulgi opiniones exprimunt quas antea refellere omni opera studuit; ut ipse sensit cum ad tertiam Menandri eclogam quae in alphabetica serie ultro occurreret adnotaret (s. p. 124) ἐν Μισουμένῳ δὲ πάλιν ἀποφαίνων τῶν εἰς θεοὺς παραλαμβανομένων τὰς γνώμας, μᾶλλον δὲ ἐλέγχων ὡς οὐκ ὄντας. quae restant re vera spectant ad caput περὶ τῶν νομιζόντων μὴ

εἶναι πρόνοιαν ἢ ὡς εἴη ἀνθρώποις ἀκατάληπτος ἡ κατὰ τοὺς θεοὺς ἀλήθεια (cf. Stob. ecl. 1 c. 2 et 2 c. 1) et propriis inventis ita opposita sunt ut iure mireris 'monarchiae' defensorem adeo sibi indulsisse ut omnia sedulo transcriberet. quo fit ut extremo capite 6 iam totus sit in adversarii partibus gerendis et moneat ne τοὺς ἀνθρωποπαθεῖς τῶν ὅλων δεσπότας habeamus, id quod solitis de deorum flagitiis illustrat exemplis (item Theophilus cf. s. p. 145).

ita ni fallor et singulorum capitum et totius libelli compositio ac natura explicatur atque unum omnium esse auctorem evincitur. cui iudicio gravissimum argumentum accedit ex Clemente. is enim ut capp. 2-4 in stromate v copiose usus est, cap. 5 quoque non ignoravit siquidem p. 728 Diphilo tribuit quae in Iustino (s. p. 126) lemmate singulariter corrupto inscribebantur Μένανδρος ἐν Διφίλῳ. at si plura non adsunt in Clemente, nonne ipse testis est diversas esse partes? quod ne putes memineris velim totius capitis 5 futtilia poetarum de deo dicta nil habere quod cum Clementis stromate v — quo poetarum cum sapientia barbara consensum persequitur cui optime se praebebant capp. 2-4 — comparari possit praeter ipsum quod in usum convertit Menandri seu Diphili q. v. fragmentum

διότι τὸν ὄντα κύριον πάντων ἀεὶ
καὶ πατέρα τοῦτον διὰ τέλους τιμᾶν μόνον κτλ.

sed idem Clemens omnem dubitationem tollit. nam in protreptico quidem p. 64/5 eum nostri libelli de monarchia capitis 5 epitomen inseruisse ostendimus s. p. 129. quam si hic illic nostro Iustino uberiorem esse dixi lapsus sum. nam non solum Antisthenes verum etiam Homerici loci secludendi erant cum respondeant non cap. 5 sed cap. 6, ibi autem prorsus gemella leguntur velut mon. 6 τί γὰρ δίειμι περὶ Διονύσου ὃν μαινόμενόν φησιν ὁ ποιητής = Clem. p. 65 ἐπὶ δὲ τοῦ Διονύσου ἀναφανδὸν Ὅμηρος γράφει· ὅς ποτε μαινομένοιο Διωνύσοιο τιθήνας σεῦε κτλ. (Z 132-4 cf. s. p. 129). iam vero non cap. 5 tantum (et cap. 6) Clemens usurpavit et in epitomen redegit, sed priora quoque iterum quamvis brevissime excerpsit. nam p. 63 post alia quae postea cum strom. v conferenda erunt pergit: ὁ δὲ τοῦ Σοφίλλου Σοφοκλῆς· εἷς ταῖς ἀληθείαισι κτλ. = mon. 2 et ὁ δὲ Θρᾴκιος ἱεροφάντης καὶ ποιητὴς ἅμα, ὁ τοῦ Οἰάγρου Ὀρφεύς . . φθέγξομαι κτλ. = mon. 2 (paullo post); tum (post fragm. inc.) concludit: εἰ γὰρ καὶ τὰ μάλιστα ἐναύσματά τινα τοῦ λόγου τοῦ θείου λαβόντες Ἕλληνες ὀλίγα ἄττα τῆς ἀληθείας ἐφθέγξαντο, προσμαρτυροῦσι μὲν τὴν δύναμιν αὐτῆς οὐκ ἀποκεκρυμμένην, σφᾶς δὲ αὐτοὺς ἐλέγχουσιν ἀσθενεῖς οὐκ ἐφικόμενοι τοῦ τέλους, et pauca illa quae recte sensisse videantur similia esse dicit (s. p. 129) τοῖς χωρὶς βάσεως βαδίζειν βιαζομένοις — putaveris his verbis ipsam falsarii operam depingi qui id egit ut poetarum dictis fundamentum subiceret quo nisa stare et testium spectatorum munere fungi possent.



itaque constat non solum capp. 2-4 quibus pseudepigrapha continentur, sed etiam cap. 5 cui inest gnomologicorum excerptorum quotquot aetatem tulerunt longe antiquissimum et praestantissimum ab uno eodemque auctore profecta sive potius ex uno fonte limpidissimo vario modo derivata esse. atque haec quantum conferant ad gnomologiae Graecae historiam describendam et illustrandam apparet — neque solum Aristobulorum gratia in quaestionem descendi et tantum spatii in examinandis falsariorum operibus consumpsi. quamquam his quoque quaestionibus nunc demum fundamentum firmum paratum est, nam quae gnomologiorum ope de falsorum origine demonstrare contigit, ea tam certa sunt ut coniecturis quibus adeo viri docti indulserunt non iam opus sit. sed quoniam singularem 'monarchiae' virtutem cognovimus, de libelli historia quae restant paucis consideremus.

ut Clemens ita iam ante Clementem 'Hecataeus' 'monarchia' usus est qui (cf. p. 179) ex cap. 2 Sophoclis et Orphei fragmenta excerpsit, Aeschyli rationem habuit. num etiam alia inde deprompserit diiudicari nequit. 'Hecataeum' rursus secutus est 'Aristobulus' qui quod sciamus Orphicum tantum carmen in usum suum convertit. uterque porro habet quae cum 'monarchiae' proposito apte conferantur. verum quod gravius est, etiam in recentioribus his interpolationibus vetusta subsunt quae nonnisi gnomologiorum historia atque usu explicantur. nam quod s. p. 163 sq. Aristobulum in Orphico carmine v. $21^{4-5}$ (ὡς λόγος ἀρχαίων κτλ. post v. $21^{3}$ ἀρχὴν αὐτὸς ἔχων καὶ μέσσην ἠδὲ τελευτήν) ex Plat. legg. 4 p. 715 E interpolavisse dixi, — nisi forte ex Clemente Alexandrino locum accepit (s. l. l.) — et ipse scriptoris alicuius excerptum gno-

mologicum adhibuisse putandus est. cuius capitis (περὶ προνοίας καὶ περὶ δίκης παρὰ τοῦ θεοῦ τεταγμένης cf. Stob. ecl. 1 cap. 3) vestigium etiamnunc superest ap. Plut. adv. Col. 30 p. 1124 F: πότε οὖν ἔσται θηριώδης καὶ ἄγριος καὶ ἄμικτος ἡμῶν ὁ βίος; ὅταν ἀναιρεθῶσι μὲν οἱ νόμοι, . . πρόνοια δὲ θεῶν μὴ νομίζηται, . . χλευάζωσι δὲ ταῦτα καὶ γελῶσιν (Trag. fr. ad. 421 ap. Iust. mon. 3 s. p. 188)

ἔστιν Δίκης ὀφθαλμός, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ

καί (Trag. fr. ad. 496, 2 = Stob. ecl. 1, 3, 42 p. 60 s. l. qui πόρρω γὰρ . . κλύει et praemittit versum

μὴ μουσοποίει πρὸς τὸ νηπιώτερον·)

πέλας γάρ ἑστὼς ὁ θεὸς ἐγγύθεν βλέπει

καί (Plat. l. l. = Stob. ecl. 1, 3, 55[a] p. 64 al.) ὁ μὲν δὴ θεός, ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε κτλ. (cf. etiam Eur. fr. 835 ap. Iust. mon. 3 s. p. 188 = Stob. ecl. 1, 3, 15[a] p. 54 et Sextum Emp. Chrysippi): adeo vetusta exempla per philosophorum disputationes propapata et servata sunt.

ad ultimam quaestionem accedimus quae est de 'monarchiae' auctore. atque libellum Clemente et 'Hecataeo' qui Clementem aetate antecedit priorem esse vidimus, Theophilo cognitum fuisse non minus certum videtur quamquam praeter Orphici carminis descriptionem nihil receperit. nam Orphicos versus idem composuit qui cetera confecit, scilicet ipse 'monarchiae' auctor, ita enim omnia inter se aequalia sunt et cohaerent atque scriptoris propositum tam perspicuum est, ut ipsum falsarium teneamus neque pseudepigraphorum quidquam aliunde adiectum esse probabile sit. Theophilus autem quod plura non adscripsit sed novum quoddam florilegium excerpere maluit, ipse novis quas indagavit poetarum sententiis 'monarchiae' auctorem aemulari videtur; qui quam consimili sint inter se natura et compositione manifestum est (cf. etiam Sibyll. fr. 3, 29 ap. Theoph. 2, 36 cum Iust. mon. c. 4 al.). denique si universam apologiarum historiam consideraveris (cf. Athenag. s. p. 195) et quomodo in aestimandis et proferendis poetarum dictis paullatim processerint tecum reputaveris, vix dubium erit quin inter ultima apologetarum opera librum recte collocemus et c. a. 180 scriptum esse coniecerimus. — restat ut de 'Iustini' nomine videamus. quod falsum esse apparet, sed antiquitus libello inscriptum fuisse testis est Eusebius qui (hist. eccl. 4, 18)



argumentum nostri opusculi tam bene describit ut Harnackium Texte u. Untersuch. 1, 1, 154 cf. Dogmengesch. 1, 46 Gesch. d. altchristl. Litt. 1, 101) ea de re aliter sentire mireris. ita enim dicit: καὶ παρὰ τούτους (Iustinus scripsit) ἄλλο περὶ θεοῦ μοναρχίας, ἣν οὐ μόνον ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν γραφῶν ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν Ἑλληνικῶν συνίστησι βιβλίων. quae mea quidem sententia minime significant Iustinum quem dicit Eusebius librum ex biblicis (quae in nostro desunt) et profanis de monarchia eclogis composuisse, sed auctorem dei monarchiam non solum ex sacris libris (ut par erat neque iam exemplis indigebat) sed etiam ex Graecis scriptoribus colligi et comprobari posse demonstravisse. igitur non tam argumentum quam propositum libelli Eusebius describit; quod si ita est, cui opusculo magis conveniat quam nostro nescio. verum non solum antiquum, sed si quid video ab ipso scriptore Iustini nomen impositum est. atque nomen quidem antiquitus inscriptum erat neque id celari auctor voluit (cf. c. 1 ἐγὼ δὲ . . φιλοθέῳ τῇ γνώμῃ κεχρημένος φιλανθρώπῳ χρήσομαι τῇ φωνῇ κτλ. et c. 6 διὰ τῶν εἰσαγαγόντων ἡμᾶς εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς παιδείας κτλ.). at quis putabit falsarium hominem proprium nomen operis fronti praefigere? — aut quis unquam 'Aristobulum' falsarium quem omnes dicunt verum nomen prodidisse credidit? — immo qui priscorum poetarum verba invenit, nomen quoque finxit et venerandi scriptoris probatique auctoris personam induit. sed nonne vides ipsius Iustini verbis quae supra p. 141 rettulimus (apol. 1, 20) hominem ductum et tamquam invitatum esse ut Menandri et aliorum testimonia ex gnomologio quod digito Iustinus monstraverat protraheret, ἐκ τῶν πᾶσι κοινῇ δεδομένων γραμμάτων ut ipse ait? quamquam quantum res interim mutatae sint ipsa verba declarant. quodsi idem ille qui Iustinus videri voluit libellum concinnavit et quo facilius rem persuaderet ipse vetusta fragmenta ex parte ficticiis versibus contaminavit et proposito accommodavit, ne id quidem relinquitur ut falsarii cuiusdam Alexandrini aut Iudaei miseram opellam cum simpliciter descripsisse et Iustini nomen inscripsisse conicias. quis enim propter fabulam vetustate consecratam ad Ptolemaeorum tempora rursus ita relabetur, ut Iudaeum talem libellum composuisse credat in quo sacrarum rerum ne tenuissimum quidem inest

indicium, aut quo tandem consilio Graecum scriptorem talia condidisse putabimus? an quae apud scriptores Christianos leguntur de deo uno et falsis poetarum praesertim de deo opinionibus earumque allegorica interpretatione, Iudaeorum esse existimant et quid Stoici in his rebus praestiterint ignorant (cf. p. 143 sqq.)? verum ne iusto videar severior, 'eine farblose Compilation' libellum nostrum appellat Harnack (Texte u. Unt. l. l.), cuius auctor gnomologii caput de deo compilavit quod ad Chrysippum redire interim exploravimus. attamen ex ipso hoc libello sive potius ex iis quae temeraria fraude interpolatores postea inde effecerunt Clemens et 'Aristobulus', argumenta petunt et colores quibus Iudaismi Hellenici historiam describere solent. immo nisi in falsorum origine explicanda toto caelo erravimus, caput de fictis Graecorum poetarum (de deo) sententiis ab Alexandrinis studiis ad apologetarum historiam transferendum erit et 'Iustinbuch' nuncupandum quod nunc in omnium ore est 'Aristobulbuch' — sed cum 'Aristobulo' qui 'Kakistobulus' plerisque evasit postea nobis rem fore diximus.

---

# SCHOLAE

## SECVNDVM ORDINES DISCRIPTAE

### I. ORDINIS THEOLOGORVM CATHOLICORVM

#### a. Professores Ordinarii

Franciscvs Henricvs REVSCH Dr. *Publice* I) Theologiam homileticam et catecheticam docebit bis d. Merc. et Sat. h. xi. *Privatim* II) Antiquitates biblicas tractabit quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. xi. III) Theologiae dogmaticae p. iii tradet quotidie h. x.

Iosephvs LANGEN Dr. *Publice* I) Locos selectos N. T. interpretabitur semel d. Sat. h. xi. *Privatim* II) Historiae ecclesiasticae p. i enarrabit quinquies d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. xii. III) Theologiam moralem docebit ter d. Lun. Merc. Ven. h. xi.

Car. Ad. Henricvs KELLNER Dr. *Publice* I) Exercitationes tam catecheticas quam homileticas in seminario regio moderabitur bis d. Lun. h. v d. Sat. h. xii. *Privatim* II) Theologiae pastoralis p. i docebit ter d. Lun. Mart. Iov. h. xi.

Franciscvs Phil. KAVLEN Dr. *Privatim* I) Historiam Veteris Testamenti enarrabit quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. xii. *Privatissime et gratis* II) Exercitationes ad Vetus Testamentum pertinentes in seminario theologico moderari perget bis d. Merc. Sat. h. xii.

Iohannes Henricvs SCHROERS Dr. *Privatim* I) Historiae ecclesiasticae medii aevi partem priorem enarrabit ter d. Merc. Iov. Ven. h. ix. *Privatissime et gratis* II) Seminarii theologici exercitationes historicas moderabitur bis d. Ven. h. v et vi.

Iacobvs KIRSCHKAMP Dr. *Privatim* I) Theologiae moralis alteram partem docebit quinquies a d. Lun. ad d. Ven. h. x. *Privatissime et gratis* II) Exercitationes ad theologiam moralem spectantes in seminario theologico moderabitur bis d. Iov. h. iv et v.

Iosephvs RAPPENHOENER Dr. *Privatim* I) Theologiae dogmaticae p. i docebit quotidie a d. Lun. ad d. Sat. h. viii. *Privatissime et gratis* II) Seminarium dogmaticum moderabitur bis d. Mart. h. v et vi.

Iosephvs FELTEN Dr. *Privatim* I) Introductionem in Novi Testamenti libros tradet quater d. Mart. Merc. Iov. Ven. h. x. II) Actus apostolorum interpretabitur ter d. Mart. Iov. Ven. h. xi. *Privatissime et gratis* III) Seminarii theologici exercitationes exegeticas ad Novum Testamentum spectantes moderabitur bis d. Lun. h. iv et v.

b. Professores Extraordinarii

Bernhardvs FECHTRVP Dr. *Publice* I) Encyclopaediam theologiae tradet bis d. Mart. Iov. h. xi. *Privatim* II) Historiam litterarum christianarum antiquarum narrabit ter d. Lun. Merc. Sat. h. xi.

Winfridvs Philippvs ENGLERT Dr. *Publice* I) Societatem apologeticae christianae et socialis instituet bis d. Mart. Ven. h. iv. *Privatim* II) Apologeticam catholicam docebit bis d. Lun. Iov. h. xii. III) Propaedeuticam philosophicam theologiae docebit quater d. Lun. Merc. Ven. Sat. h. xi.

## II. ORDINIS THEOLOGORVM EVANGELICORVM

a. Professores Ordinarii

Gvilelmvs Lvdovicvs KRAFFT Dr. *Publice* I) Hymnologiam docebit bis d. Sat. h. ix et x. *Privatim* II) Historiae ecclesiasticae p. iii enarrabit quinquies d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. x.

Adolfvs Hermannvs Henricvs KAMPHAVSEN Dr. *Publice* I) Seminarii regii exercitationes ad Vetus Testamentum spectantes moderabitur semel d. Mart. h. vi et vii. *Privatim* II) Iesaiae librum explicabit quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. viii. III) Exercitationes Hebraicas instituet ter d. Lun. Mart. Iov. h. ix.

Fridericvs Antonivs Aemilivs SIEFFERT Dr. *Publice* I) In seminarii regii exercitationibus systematicis sodalibus Ioh. Calvini institutionem religionis christ. explicandam proponet semel d. Ven. h. vi et vii. *Privatim* II) Theologiae dogmaticae p. I docebit quater d. Lun. Mart. Merc. Iov. h. ix. III) Epistolam Iacobi interpretabitur bis d. Lun. Sat. h. xi.

Carolvs Edvardvs GRAFE Dr. *Publice* I) Exercitia seminarii regii ad Novum Testamentum spectantia moderari perget (de Oratione Iesu montana) semel d. Lun. h. vi et vii. *Privatim* II) Introductionem in libros Novi Testamenti tradet quater aut quinquies a d. Lun. ad d. Ven. h. xii. III) Epistolam I et II a Paulo ad Corinthios missam interpretabitur quater a d. Mart. ad d. Ven. h. xi.

Evgenivs Fridericvs Ferdinandvs SACHSSE Dr. *Publice* I) Seminarium catecheticum moderabitur bis d. Lun. h. iii et iv. II) Seminarium homileticum moderabitur bis d. Merc. h. v et vi. *Privatim* III) Theologiae practicae p. i docebit (principia et theoriam liturgicam) quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. x.

Carolvs Gvilelmvs Iohannes SELL Dr. *Publice* I) Capita selecta historiae ecclesiae evangelicae saeculi XIX tradet semel d. Sat. h. x. *Privatim* II) Ecclesiasticae historiae p. I enarrabit quinquies d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. x. III) Encyclopaediam theologiae evangelicae exponet bis d. Merc. Ven. h. IX. *Privatissime et gratis* IV) Exercitationes seminarii regii historicas moderabitur semel d. Mart. VI et VII.

### b. Professores Extraordinarii

Iohannes MEINHOLD Lic. *Publice* I) Librum Samuelis summatim percurret semel d. Iov. h. VI et VII. *Privatim* II) Librum Geneseos interpretabitur quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII. III) Theologiam Veteris Testamenti docebit quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VII.

Edvardvs Ferdinandvs Carolvs BRATKE Lic. *Publice* I) Confessionem Augustanam interpretabitur semel d. Sat. h. XII. *Privatim* II) Dogmatum historiam exponet quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII.

### c. Privatim docentes

Arnoldvs MEYER Lic. *Privatim* Epistolam Pauli ad Galatas explicabit bis d. Merc. h. VIII d. Sat. h. x.

Edvardvs SIMONS Lic. *Privatim* Theologiae practicae alteram partem tractabit quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. x.

## III. ORDINIS IVRECONSVLTORVM

### a. Professores Ordinarii

Iohannes Fridericvs de SCHVLTE Dr. *Privatim* I) Ius privatum germanicum docebit quinquies d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX. *Privatissime et gratis* II) In seminario regio exercitationes iuris canonici habebit semel d. Sat. h. VIII.

Gvilelmvs ENDEMANN Dr. *Publice* I) Processus civiles extraordinarios explicabit semel d. Merc. h. XII. *Privatim* II) Processum civilem docebit quinquies a d. Lun. ad d. Ven. h. XI. III) Processum concursus tradet bis d. Mart. et Ven. h. XII. IV) Exercitationes iuris mercatorii et cambialis instituet bis d. Lun. et Iov. h. XII.

Pavlvs KRVEGER Dr. *Publice* I) In seminario regio Gai Institutiones interpretabitur semel d. Mart. h. V et VI. *Privatim* II) Historiam iuris Romani tradet quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. x. III) Pandectarum partem II (ius obligationum) docebit quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI. IV) Pandectarum partem III (ius hereditarium) docebit bis d. Merc. Sat. h. x et XI.

HERMANNVS SEVFFERT Dr. *Publice* I) Iuris criminalis partis II capita selecta interpretabitur semel d. Merc. h. X. *Privatim* II) Philosophiam iuris nec non iuris generalem doctrinam docebit quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. X. III) Processum criminalem explanabit quinquies d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX.

HERMANNVS HVEFFER Dr. *Publice* I) Ius bonorum ecclesiasticorum tam ex iuris communis quam ex recentiorum legislationum imprimis Borussiae et Francogalliae praeceptis tradet d. Mart. Iov. h. V. *Privatim* II) Ius gentium exponet quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI.

CONRADVS HVBERTVS HVGO LOERSCH Dr. *Publice* I) In seminario regio diplomata ad historiam iuris quod in terris Rhenanis viget spectantia commilitonibus interpretanda proponet semel d. Iov. h. V et VI. *Privatim* II) Historiam iuris et imperii Germanici docebit quinquies d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX. III) Ius mercatorium et maritimum tradet quinquies d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. X.

GVILELMVS KAHL Dr. *Publice* I) Iuris matrimoniorum tam ecclesiastici quam civilis regulas exponet semel d. Sat. h. VIII. *Privatim* II) Ius ecclesiasticum catholicorum et evangelicorum tractabit quater a d. Mart. ad d. Ven. h. VII. III) Ius publicae administrationis Germaniae et Borussiae docebit quinquies a d. Lun. ad d. Ven. h. VIII.

ERNESTVS ZITELMANN Dr. *Privatim* I) Institutiones iuris Romani tradet quinquies a d. Lun. ad d. Ven. h. XI. II) Exercitationes iuris Romani exegeticas instituet d. Lun. Merc. h. V et VI. *Privatissime et gratis* III) In seminario regio societati iuris Romani praeerit d. Sat. h. VIII et IX.

IVLIVS BARON Dr. *Publice* I) Ius pignorum Romanum explicabit semel d. Sat. h. XII. *Privatim* II) Encyclopaediam et methodologiam iuris tradet quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII. III) Pandectarum partem I (partem generalem et iura in re) docebit septies quotidie h. IX d. Merc. h. VIII. IV) Practicum iuris Romani habebit bis d. Ven. h. IV et V.

## b. PROFESSOR EXTRAORDINARIVS

ERNESTVS LANDSBERG Dr. *Publice* I) Processum iudicialem Romanum provectioribus exponet semel d. Mart. h. IV. *Privatim* II) Ius poenale Germanicum tractabit quinquies d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. VIII.

## c. PRIVATIM DOCENTES

HENRICVS HACKFELD PFLVEGER Dr. *Privatim* Ius familiae tractabit semel d. Merc. h. XII.

CAROLVS SARTORIVS Dr. *Privatim* I) Ius publicum Germaniae et Borussiae docebit quinquies a d. Lun. ad d. Ven. h. XII. *Privatissime et gratis* II) Exercitationes iuris publici practicas instituet semel d. Iov. h. V et VI.

## IV. ORDINIS MEDICORVM

### a. Professores Ordinarii

Gvstavvs de VEIT Dr. lectiones non habebit.

Franciscvs de LEYDIG Dr. lectiones non habebit.

Edvardvs PFLVEGER Dr. *Publice* I) Seminarium physiologicum moderari perget quotidie. *Privatim* II) Physiologiam generalem specialisque partem primam i. e. animalem docebit quinquies d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. IX. III) Chemiam physiologicam docebit quater d. Mart. Ven. h. II et III.

Carolvs KOESTER Dr. *Privatissime et gratis* I) Laboratorium pathologicum una cum IORES Dr. moderabitur quotidie. *Privatim* II) Pathologiam generalem docebit quinquies d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VIII Merc. h. V. III) Cursum demonstrativum anatomiae pathologicae instituet bis d. Lun. Iov. h. IV et V, cum exercitationibus rite obducendi cadavera prout materia suppetet d. et h. post. stat. IV) Cursum microscopicum anatomiae pathologicae habebit bis d. Merc. Sat. h. VII et VIII.

Theodorvs SAEMISCH Dr. *Publice* I) De oculi morbis interioribus disseret adiunctis demonstrationibus pathologicis anatomicis semel d. Iov. h. II. *Privatim* II) Clinicum ophthalmiatricum moderabitur ter d. Lun. Mart. Ven. h. VIII. III) Cursum ophthalmoscopicum instituet semel d. Merc. h. II et III. IV) Cursum functionum oculi perturbatarum diagnosticum habebit semel d. Iov. h. VIII.

Carolvs BINZ Dr. *Privatim* I) Pharmacologiae alteram partem una cum formulari docebit quinquies d. Lun. Mart. Merc. Iov. Ven. h. III. *Privatissime et gratis* II) Laboratorium pharmacologicum una cum DRESER Dr. diriget quotidie.

Adolphvs liber baro de la VALETTE ST. GEORGE Dr. *Publice* I) Laboratorium anatomicum una cum NVSSBAVM P. E. et SCHIEFFERDECKER P. E. moderari perget quotidie ab h. IX ad h. I. *Privatim* II) Anatomiam generalem tradet ter d. Mart. Iov. Sat. h. VII. III) Demonstrationes et exercitationes microscopicas instituet ter d. Mart. Iov. Sat. h. VIII. IV) Cursum microscopicum habebit ter d. Lun. Merc. Ven. h. VIII.

Fridericvs TRENDELENBVRG Dr. *Publice* I) Acirurgiae capita selecta tradet semel d. Ven. h. V. *Privatim* II) Clinicum et policlinicum chirurgicum moderabitur quotidie ab h. IX ad h. X $^{3}/_{4}$. III) Cursum operationum chirurgicarum moderabitur una cum EIGENBRODT Dr. quotidie h. VI et VII.

Henricvs FRITSCH Dr. *Publice* I) Artem gravidas explorandi tradet bis d. Merc. Sat. h. VII. II) Historiam, physiologiam et pathologiam partuum ex pelvi angusta docebit semel h. p. st. *Privatim* III) Exercitationes practicas in clinico gynaecologico moderabitur quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XII. IV) Cursum operationum obstetriciarum instituet quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. VII.

FRIDERICVS SCHVLTZE Dr. *Publice* I) De pathologia et therapia morborum renum disseret semel d. Ven. h. XII. *Privatim* II) De pathologia et therapia morborum apparatus respirationis et circulationis aget bis d. Mart. Iov. h. XII. III) Clinicum medicum moderabitur quotidie ab h. $X^3/_4$ ad h. XII.

CAROLVS PELMAN Dr. *Publice* I) Psychiatriam forensem docebit semel d. Merc. h. IV. *Privatim* II) Clinicum psychiatricum moderabitur bis d. Lun. Iov. h. III.

## b. PROFESSORES EXTRAORDINARII

IOSEPHVS DOVTRELEPONT Dr. *Publice* I) De morbo syphilitico aget semel d. Iov. h. IV. *Privatim* II) Clinicum et policlinicum morborum cutis et syphiliticum moderabitur bis d. Merc. Sat. h. XII.

CAROLVS DE MOSENGEIL Dr. *Publice* I) Selecta capita therapiae chirurgicae (de arte gymnastica et depsetica) tradet semel d. Iov. h. III. *Privatim* II) Cursum fascias applicandi instituet bis d. Lun. Iov. h. II. III) Cursus depseticos habebit quotidie.

MAVRITIVS NVSSBAVM Dr. *Publice* I) Laboratorium anatomicum una cum LIBERO BARONE DE LA VALETTE ST. GEORGE P. O. et SCHIEFFERDECKER P. E. moderari perget quotidie ab h. IX ad h. I. *Privatim* II) Anatomiam topographicam tradet ter d. Lun. Mart. Iov. h. V.

DITTMARVS FINKLER Dr. *Publice* I) De desinfectionis rationibus aget semel d. Mart. h. V. *Privatim* II) Hygienes partem II docebit ter d. Mart. Iov. Sat. h. IV. III) Exercitationes practicas in laboratorio habebit ter d. Merc. Ven. h. IV d. Sat. h. II et III. *Privatissime et gratis* IV) Seminarium hygienicum moderabitur quotidie.

FRIDERICVS FVCHS Dr. *Publice* I) De laesionibus traumaticis aget una cum WITZEL P. E. semel h. p. st. *Privatim* II) Electrodiagnosticen et electrotherapiam tradet bis h. p. st.

HENRICVS WALB Dr. *Publice* I) De morbis narium et faucium disseret semel d. Mart. h. V. *Privatissime et gratis* II) Policlinicum otiatricum moderari perget bis d. Merc. Sat. h. II.

AEMILIVS VNGAR Dr. *Publice* I) De vaccinatione aget semel h. p. st. *Privatim* II) Exercitationes practicas vaccinationis moderabitur bis d. Merc. Sat. h. V. III) De infantum morbis aget adiunctis demonstrationibus clinicis bis Mart. Ven. h. II. IV) Medicinam forensem docebit bis h. p. st.

PAVLVS SCHIEFFERDECKER Dr. *Publice* I) Laboratorium anatomicum una cum LIBERO BARONE DE LA VALETTE ST. GEORGE P. O. et NVSSBAVM P. E. moderari perget quotidie ab h. IX ad h. I. *Privatim* II) Osteologiam et syndesmologiam docebit ter d. Lun. Merc. Ven. h. VII.

IOHANNES LEO Dr. *Publice* I) Colloquium policlinicum habebit semel h. p. st. *Privatim* II) Policlinicum medicum habebit quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. IV. III) Cursum laryngoscopiae dabit bis d. Merc. Sat. h. VIII. IV) Diagnosticen chemicam et microscopicam tradet bis d. Sat. h. II et III.

OSCARVS WITZEL Dr. *Publice* I) De laesionibus traumaticis aget una cum FVCHS P. E. semel h. p. st. *Privatim* II) De morbis chirurgicis cognoscendis disseret bis d. Iov. Ven. h. VII.

IVLIVS GEPPERT Dr. lectiones non habebit.

### c. PRIVATIM DOCENTES

IOSEPHVS KOCKS Dr. *Gratis* Synopsin artis obstetriciae exponet semel h. p. st.

CAROLVS BVRGER Dr. *Gratis* I) De morbis narium et laryngis aget semel h. p. st. *Privatim* II) Cursum laryngoscopiae et rhinoscopiae habebit bis d. Mart. Ven. h. XII.

GVILELMVS KOCHS Dr. *Gratis* De physiologia organorum sentiendi disseret semel h. p. st.

GEORGIVS KRVKENBERG Dr. *Gratis* I) Physiologiam graviditatis et partus docebit semel d. Merc. h. IV. II) Colloquium de re obstetricia habebit semel h. p. st.

CAROLVS BOHLAND Dr. *Privatim* I) Diagnosticen physicam tradet quinquies d. Lun. h. IV d. Merc. Ven. h. XII et VI. II) Diagnosticen morborum systematis nervorum tradet bis d. Sat. h. IV et V.

ROBERTVS THOMSEN Dr. *Gratis* Anatomiam et physiologiam cerebri et medullae spinalis hominis tractabit semel d. Sat. h. V.

CAROLVS EIGENBRODT Dr. *Privatim* I) De ossium et articulorum morbis chirurgicis disseret bis d. Lun. Iov. h. IV. II) Cursum operationum chirurgicarum instituet una cum TRENDELENBURG P. O. quotidie h. VI et VII.

HENRICVS BOENNECKEN Dr. *Gratis* I) Policlinicum odontologicum moderabitur quotidie h. XII. *Privatim* II) De morbis dentium et oris aget bis d. Mart. Ven. h. V. III) Cursum operationum dentium habebit quotidie h. III et IV. IV) Cursum odontologiae technicae instituet quotidie ab h. IX ad h. V.

MAXIMILIANVS WOLTERS Dr. *Gratis* Gonorrhoeae aetiologiam docebit et quo modo sit curanda exponet semel h. p. st.

ALBERTVS PETERS Dr. *Gratis* Ophthalmologiae capita selecta tradet semel h. p. st.

LEONHARDVS IORES Dr. *Gratis* I) De morbis infectiosis disseret semel h. p. st. *Privatim* II) Cursum ad introductionem in histologiam pathologicam habebit bis h. p. st. *Privatissime et gratis* III) Laboratorium pathologicum una cum KOESTER P. O. diriget quotidie.

HENRICVS DRESER Dr. *Privatim* I) Colloquium pharmacologicum de disquisitionibus recentioribus instituet semel h. p. st. *Privatissime et gratis* II) Laboratorium pharmacologicum una cum BINZ P. O. diriget quotidie.

## V. ORDINIS PHILOSOPHORVM

### a. PROFESSORES ORDINARII

FRANCISCVS BVECHELER Dr. *Publice* I) In seminario philologo carmina latina epigraphica sodalibus commentanda proponet ac disputationibus praeerit d. Ven. h. VI et VII. *Privatim* II) De lingua latina disseret quater d. Lun. Mart. Iov. Ven. h. XI.

